



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Liber Primvs. De Ivre Canonico Et Eivs Partibvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

Ordinis Sacramento:	II.8	R.	
Ordinibus & gradibus Clericorum.	I.5	DE Rebus Ecclesie non alienandis.	II.31
	P.	Regularibus & Monachis.	I.25
DE Pactis & transactionibus.	III.24	Religiosis Domibus.	II.23
Peculio Clericorum.	II.31	Rerum divisione.	II.1
Pignoribus & fidejussoribus.	III.9	Rerum permutatione.	III.8
Poenis.	III.22		S.
Poenitentia.	II.6	DE Sacramentis in genere.	II.2
Postulatione.	I.12	Sententia & re judicata.	I.14
Præbendis.	II.27	Sententia excommunicationis, suspensionis & interditi.	III.23
Præsumptionibus, inspectione oculorum, & de fama.	IV.13	Sepulturis & Canonica portione.	III.12
Precariis.	III.5	Simoniam.	III.14
Probationibus & depositionibus.	IV.9	Sortilegis, blasphemis & sacrilegis.	III.16
Procuratoribus & defensoribus.	IV.3	Sponsalibus & matrimoniis.	II.9
Professis & sacro ordine insignitis.	II.14	Successionibus ab intestato.	II.11
Purgatione Canonica.	IV.20	Supplicatione contra sententiam, irem de syndicato.	VI.17
	Q.		T.
Quæ in contrahendo matrimonio spectanda.	II.10.	DE Temporibus ordinationum, & de aetate ordinandorum.	I.8
Qui ordines Ecclesiasticos conferant, & de literis dimissoriis.	I.6	Testamentis & ultimis voluntatibus.	III.10
Quibus Ecclesiastici Ordines rectè conferantur.	I.7.	Testibus & attestacionibus.	IV.10
Qui prohibentur matrimonio contrahere.	II.11	Translatione Episcopi, & renuntiatione.	I.15
			Y.
		DE vita & honestate Clericorum.	I.16
		Ursuris.	III.21

F I N I S

## S V M M Æ I V R I S C A N O N I C I

## L I B E R P R I M V S.

D E

I V R E C A N O N I C O E T E I V S P A R T I B V S.

T I T U L U S I.

## §. 1. De inscriptione &amp; notione Juris Canonici.



Us Canonicum idèd hoc nomine inscriptum est, quòd collectum & coactum sit ex Canonibus, id est, regulis ad rectè vivendum institutis, can. 2. dist. 3. juncto c. 1. & cap 5. Exi De consuet. Etenim Canon Græcè, Latine regula dicitur, can. 1. dist. 3. & quidem per antonomasiam regula Ecclesiastica, ut in d. cap 1. De consuet. in can. Violatores xxv. qu. 1. Unde hoc jus, quo regula Ecclesiastica continentur, non immeritò Jus Canonicum appellatur; sicut & Jus Civile eadem locutionis formâ pro jure Civium Romanorum accipitur, §. Sed jus quidem civile Inst. De jure natur.

Non minùs tamen rectè & Jus Pontificium dicitur, ab auctoribus Pontificibus, quorum curâ & auctoritate in unum quasi corpus redactum.

## §. 2. Ex quibus constat Jus Canonicum?

Constat autem hoc Jus, aut scripto, aut sine scripto. Quæ ad jus scriptum pertinent, ea desumpta sunt, vel ex jure divino, vel ex decretis Conciliorum, vel ex placitis Principum, vel ex sententiis Patrum. Non scripto traditiones & consuetudines continentur, can. 5. & 8. dist. 11.

NOTATIO in Tit. 1. Lib. 1.

a Corpus juris Canonici, quo hodie in scholis &amp; in foro

in foro utimur, constat Decreto, libris quinque Decretalia Gregorii IX. Sexti Decretalium Bonifacii VIII. Clementis & Extravagantibus Ioanni XXI cum Communibus, id est, & aliorum Summorum Pontificum. Quod ad Decretum attinet, illud, si auctorem spectemus, nulla propriè juris Canonici potest. Habet enim auctorem Gratianum monachum, qui illud privato studio collegit ex constitutionibus Summorum Pontificum, Conciliorum, Episcoporum, iuris Civilis, & sententiis sanctorum Patrum. Nam ex his opus ejus compactum est; quamvis nonnulla ipse suo nomine adiecit & inseruerit ob ordinis rationem & conciliationem capitum, qua in vicem aduersari videbantur. Intorim cum hæc idem Decretum cum reliquo juris Canonici corpore unà circumferatur & frequentetur; illudque postremo Gregorius Decimus tertius Summus Pontifex ei annumeravit, atque ad eum recognoscere, emendari & retineri curaverit (ut videre est in epistola Decreto præfixa) non est, quod hæc in ve amplius laboremus: ita tamen, ut qua eodem Decreto comprehensa sunt, singulare vocentur ad suam auctoritatem, juxta tit. sequent. De iuris scripti partibus. Unde non mirari non possum imperitiam eorum, qui leges civiles in Decretum conjicias eo ipso putant esse canonizatas, id est, in numerum factorum Canonum relatas; cum ipse Gratianus, ut pote homo privatus, eas canonizandi potestatem non habuerit: sed eam retinent auctoritatem, quam antea habuerunt. Idem omnino ce-

sendum est de dictis ipsius Gratiani; nisi quatenus auctoritate vel vivâ juris ratione jurantur. De ceteris vero juris Canonici partibus, veluti de Decretalibus Gregorii IX. qua sub nomine, Extra, citantur, quasi sint extra Gratiani Decretum, quod tempora prius fuit: item Decretalibus Bonifacii VIII. qua inscribuntur Sextus liber Decretalium; et quod quinque libris Decretalium Gregorii IX. tamquam sextus liber accesserit; item Decretalibus Clementis V. qua & ideo Clementinæ vocantur; & postremo de Extravagantibus tam Ioannis XXI. quam Communibus, qua & idcirco Extravagantes appellantur; quod antea extra corpus juris Canonici incerta quasi sede vagarentur, ac proinde etiamnum retinent idem nomen, licet postea in ordinem librorum juris Canonici redacta sint: de harum, inquam, auctoritate non est quod quis addubitet, cum ipsos Summos Pontifices auctores habeant. Quibus accedant & aliorum Summorum Pontificum constitutiones diversis temporibus edita, qua & ob eandem rationem idem Extravagantium nomen sortiantur: quas hoc nostro tempore privatâ diligentia collegit Laërtius Cherubinus J.C. & in unum quasi corpus conjecit sub Bullarii nomine: qua ad placita Principum referri possunt, de quibus agitur in §. placita infra tit. seq. quemadmodum & ea, qua ex Conciliis, præsertim Tridentino, à nobis desumpta, & in hanc Summam congesta sunt, ad §. 2. eod. tit.

## DE IURIS SCRIPTI PARTIBVS.

## TITULUS II.

## §. 1. Quid sit jus divinum.

**I**us divinum est, quod legibus veteris & novi Testamenti continetur; quo non solum hoc Jus Canonicum passim respectum est, verum etiam ex eo potissimum proflixit, can. Qualiter 24 in princ. Ext. De accusat. a

## §. 2. Decreta Conciliorum triplicis generis.

Decreta Conciliorum aut sunt Universalium, aut Provincialium, aut Episcopalianum, §. Porro dist. 3, cap. Sicut 25, Ext. De accusat. b

## §. 3. Concilia Universalia qua?

Concilia Universalia sunt, quæ a Prælatibus Ecclesiarum in unum locum ex toto orbe coactis celebrantur. Unde & Oecumenica, id est, totius orbis Concilia appellantur. Horum quatuor celeberrima recensentur, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense; quæ ab

Ecclesia Catholica tamquam quatuor Evangelia probata & recepta sunt, can. 1, §. Inter cetera dist. 15, addo Novell. 131, de Eccles. tit. in princ. & l. 4. & 5, Nos reddentes Cod. De summa Trinit. Non minorem tamen vim & potestatem habent & reliqua Concilia Universalia auctoritate Summi Pontificis congregata, & confirmata, d. can. 1, §. hæc sunt quatuor, can. 3, dist. 15, juncto can. 1, c. 2, dist. 19. In quibus enim Summi Pontificis auctoritas desideatur, non tam Concilia censenda sunt, quam conciliabula, sive improbata conventicula, can. 1, can. 2, & can. 5, dist. 17.

## §. 4. Concilia Provincialia qua?

Concilia Provincialia sunt, quæ inter Episcopos & alios Clericos ejusdem provincie instituantur; olim quidem semel aut bis, annis singulis, can. 6, can. 7, & can. 15, dist. 18, cap. 15, Ext.

De accusat. nunc verò ex præscripto Concilii Tridentini quolibet saltem triennio cogi jubentur per Metropolitanum, aut, eo legitime impedito, per Coepiscopum antiquiorem: quibus omnes Episcopi, alique quibus id vel ex jure, vel ex consuetudine competit, interesse jubentur, *Concil. Trident. sess. 24, cap. 2, de reformat.*

§. 5. Concilia Episcopalia sive Diocesana qua?

Concilia verò Episcopalia sive Diocesana sunt, quæ ab Episcopis inter suæ Diocesis Clericos & Abbates indicantur; & quoniam quotannis, ut Canones præscribunt, in *can. Annu. dist. 18, Conc. Trid. d. cap. 2, §. fin.* Ad quæ exempti etiam omnes, qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere tenentur. *Vide Concil. Trid. d. §. fin.*

§. 6. De vi & effectu Conciliorum.

Et quidem decreta Conciliorum Universalium omnes omnino Christianos ligant, *can. 1, §. 1, dist. 15, can. 5, & 7, xxv. qu. 1, cap. 1, c. 5, Ext. De consl. l. Nemo C. De sum. Trinit. Concil. Flor. in unione Armeniorum.* Provincialium verò & Episcopatum non item, sed tantum subditos suos, quoad diu in provincia sive diocesi sunt. Extra enim territorium jus dicenti impunè non patetur, *cap. 2, De consl. lib. 6, l. fin. De jurisd. om. jud. Quæ tamen ex his in corpus Canonicum relata (ut plerisque in locis videre est, in *cap. 2, Ext. De elect. cap. Nec Episc. 7, Ext. De temp. ordin. cap. 1, Ext. De filiis presb. tum alibi.)* aut alias a Summo Pontifice generaliter comprobata sunt, *can. 1, dist. 20, ea haud dubiè & cæteros Christianos obligant, per rationem in §. fin. in fine inf. hœsit,**

§. 7. De placitis Principum, & in primis Ecclesiasticorum.

Placita Principum aut sunt Ecclesiasticorum; nam & Episcopi Principes appellantur, *Psalm. 44.* aut secularium. Inter Ecclesiasticos primum locum obtinet Summus Pontifex, cuius voluntas sive per epistolam, sive per decretum, sive per edictum explicata, vim & auctoritatem Juris habet, *can. 1, & passim dist. 19, can. Si quis dogmata xv. quæst. 2.* Sic omnes (inquit sacer Canon) Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tamquam ipsius divinæ Petri voce firmatæ sint, *can. 2, dist. 19.*

§. 8. Duplex genus placitorum.

Ex his tamen quædam personalia sive singularia sunt, certas tantummodò personas sive loca concernentia, §. *sed & quod Principi Inhuu. De jure natur.* quæ quædam contra juris communis rationem introducta sunt, ac proinde in exemplum trahi non possunt, *l. Quod vero 14, cum 1, segg. D. De legib. cap. Sanè 9, Ext. De privil. privilegia appellantur, quæ privata leges, can. 3, dist. 3.* Alia verò, quæ generalia sunt, ad omnes procul dubio pertinent, *cap. 1, & 2, Ext. De consl. can. Si quis dogmata xxv. qu. 2, & d. §. Sed & quod in fine.*

§. 9. Constitutiones de eadem re, quando sibi invicem derogent, & quid de statutis & consuetudinibus?

In generalibus placitis sive constitutionibus id custodimus, ut posteriores de eadem re constitutiones ad priores trahantur, & è contrâ, declarandi vel supplendi causa, *l. Non est novum 26, & ibi Glos. sum. ll. segg. D. De legib. nisi inter se contrariæ sunt; quo casu prior constitutio semper revocata intelligitur per posteriorem, etiam nulla illius mentione facta, cap. 1, De consl. lib. 6, l. Sed 28, D. De legib. Licet diversum obtineat in statutis & consuetudinibus locorum, sicut disertis verbis à Bonifacio VIII. expressum est, cujus verba hic liber adferibere: Licet Romanus Pontifex (inquit) qui jura omnia in sermone pectoris sui censetur habere, constitutionem condendo posteriorem, priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare volucatur: quia tamen locorum specialium ac personarum singularium consuetudines & statuta (cum sint facti & in facto consistent) potest probabiliter ignorare; ipsi, dum tamen sine editam (nisi expressè caveatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare, *text. est d. c. 1, De consl. in 6.**

§. 10. De rescriptis ad beneficia & ad lites.

Interdum à summo Pontifice rescripta impetrantur, vel ad beneficia Ecclesiastica obtinenda; vel ad lites per delegatos judices cognoscendas, sive dirimendas; quæ etsi personalia sunt, cum jus tantum inter partes constituent, recipiunt tamè hanc interpretationem à jure communi, ut, si rescriptum ad beneficium impetratum sit ab eo, qui

qui aliud beneficium Ecclesiasticum, licet exiguum habet, nullâ ejus mentione factâ, ipso jure tamquam subreptivum non valeat, *cap. Si motu proprio 23. De præben. lib. 6. cap. Cùm ad e. 17. c. Postulasti 17. Ext. De rescriptis.* Quod & que observandum est, ac si ab alio, ejus nomine, impetratum sit, *d. cap. Si motu proprio.* Similiter rescriptum ad licentiam, per falsam suggestionem aut suppressionem veri extortum, aut etiam sine hujusmodi fraude obtentum (dummodò Summus Pontifex expressâ veritate, vel falsitate omisâ, alias non erat concessurus) exceptione subreptionis oppositâ, coram dâcis iudicibus, refellitur. Quippe hæc clausula, *Si prius veritate nitantur, vel, si ita est, semper rescripto tacite inesse censetur, etiam si in eo non sit expressa, cap. Ex parte 2. c. cap. Super literis 20. Ext. De rescriptis add. latius.* Panormit. *ibid. cap. Olim 25. Ext. d. tit. De jure autem civili exprimi debet in rescripto Principis secularis, l. fin. C. De diversis rescriptis.*

Si cessante fraude nihilominus erat concessurus rescriptum. S. Pontifex, eatenus valet rescriptum quoddam iudices in eodelegati, omisâ speciali formâ ipsius rescripti, procedere possunt, servato ordine juris communis, *d. cap. Super literis versus inter alios.* Exemplo res magis illustrabitur. Statuamus, rem à me emptam esse, sed in precibus S. Pontifici oblatis narratum fuisse, falsò quidem, sed per errorem, quoddam pretium ejus solverim; quo motus S. Pontifex iudicibus rescripto datis mandavit, ut causam summariè, & de plano absque strepitu & forma iudicij cognoscerent. Hac etenim specie & similibus, iudices non secundum specialem rescripti formam procedunt, sed observato juris communis ordine, videlicet, per oblationem libelli, per litem contestationem, cæterisque solemnibus iudicij adhibitis, *juxta ea, quæ lib. 4. tit. 2. cum seq. tradidimus in §. & qua tradunt DD. ad l. Prolatum 4. C. De sent. & interloc. om. jud.*

§. 11. De statutis Legatorum Sedis Apostolicae & Episcoporum.

Post Summum Pontificem, & Legati Sedis Apostolicae, *cap. fin. Ext. De officio Legati & Episcopi, cap. 1. Ext. De major. & obed. cap. 2. De consuet. lib. 6.* statuendi jus habent, sed dumtaxat in territorio sui subditos: ut tamen factos canones & constitutiones non offendant, necque juris Canonici sua limites excedant, *d. c. 2. De consuet. lib. 6. cap. circa prim. De elect. in Clem. cap. pen. Ext. De major. & obed. can. Inferior dicitur 21.*

§. 12. De placitis Principum secularium.

Placita Principum secularium sunt Imperatorum leges sive constitutiones, *§. sed & quod Principi insit De jure nat. quarum vestigia passim in jure Canonico occurrunt, in cap. 8. Ext. De jud. cap. 2. Ext. De ord. cognit. cap. 1. Ext. De juram. calum. cap. 10. Ext. De probat. aliisque infinitis locis.* Et quidem de his in jus Canonicum conjectis, sive etiam aliis constitutionibus SS. Pontificum insertis, dubitari non debet, quin juris nostri auctoritatem habeant, *ex ratione §. fin. inf. hoc tit. Intellige tamen de legibus, quæ juri Decretalium inserta sunt, non quæ Decreto Gratiani privata ejus auctoritate comprehensa sunt, nam hæc ad seq. §. pertinent.* Reliquæ verò et si quoad personas & res Ecclesiasticas, ex se nullius momenti sint, ex benignitate tamen sacrorum Canonum & in forum Ecclesiasticum recipiuntur; dummodò Sacræ Scripturæ vel canonicis sanctionibus, vel bonis moribus non adversentur, *can. 2. 4. 9. cum seq. dist. 10. cap. 1. Ext. De sent. & re jud. Nam hæc spectat illud Lucii S. Pontificis: Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari: ita & sacrorum statuta Canonum, Principum constitutionibus adjuvantur, text. est in cap. 1. De novi oper. nunt. g.*

De sententiis Patrum.

Postremò quod attinet ad sententias Patrum, puta Augustini, Hieronymi, Isidori & similibus licet & hæc nullam juris auctoritatem habeant (cum in condendo jure non solum scientia, sed & potestas magis necessaria sit, *dist. 20. in princ.*) at tamen ex Leonina constitutione, post SS. Pontificum & sacrorum Conciliorum decreta & sanctiones, alterum in decidendis causis locum sortita sunt, *in can. 1. dist. 20. d. exceptis illis, quæ juris Canonici corpore, aut alia constitutione S. Pontificis comprehensa sunt, ut in cap. 3. cap. 5. Ext. De consuet. & alibi.* quæ & parum cum iis vim & auctoritatem habeant. Vulgarum enim illud Justiniani est, *in l. 1. §. sed neque C. De veteri jure enuncl. & a Bonifacio repetitum, in cap. Si Apostol. 22. De præben. lib. 6.* Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimus, hæc de scripti juris partibus.

NOTATIO in Tit. 2.

Observandum est, Testamenti veteris præcepta si sitis in generali: aut enim ceremonialia fuerint, aut jura civilia aut moralia. Cerimonialia pertinebant ad divinum cultum: Deorù observandum; uti videtur est Levit.

G B B B 2

VIT.

vit. cap. i. cum seqq. Iudicialia subseruebant iustitia rectè administranda, de quibus Exod. cap. 21. cum seqq. Moralia ad morum disciplinam spectabant, veluti, Non occides, Non furaberis; & id genus alia, Exodi cap. 20. Et hæc quidem omnia, quatenus sunt præcepta veteris Testamenti, per Christi mortem sublata sunt, testibus Augustin. Epist. 9 & Hieron ad Augustin. Epist. 11. licet moralia præcepta vix legis natura, qua in mente nostra conscripta est, adhuc hodie obligent, sicut docet Gregor de Valentia in 1. 2. D. Thom. tom. 2. disp. 7. quæst. 7. Adde Covarr. Variar. resol. lib. 1. cap. 17. in princ. Unde præcepta illa veteris Testamenti, qua à Summis Pontificibus repetita & Decretalibus suis inserta sunt, ut in cap. 1. Ext. De adulter in cap. 1. Defurt. in cap. 1. cum 4. seqq. De iniuriis, cum similib. non ut divina legis præcepta à nobis observantur, sed ut humani iuris sunt nova, videlicet, sanctione à Summis Pontificibus revocata & recepta. Nec movere nos debet, quòd aliquando in Decretalibus vocentur præcepta divini juris sive legis, ut in cap. Litoris 13. Ext. De testit. spoliat. in cap. Tua 25. in cap. In aliquibus 15. in fine De decimis; quia exaudienda sunt de divina lege veteris Testamenti, ad cuius imitationem Summi Pontifices huiusmodi sanctiones induxerunt, vide Covarr. d. c. 17. & quæ notavimus a 5. illud verò in fine De testament.

b Addunt alii quartum genus, Nationalium, hoc est, cetera alicuius nationis sive regni: qualia sunt Concilia Toletana, Carthaginensia, similia. Verum hæc commode revocari possunt ad Provincialia. Vide qua de Conciliis tradit Bellarm in 4. disp. 1. tomo Controvers.

g Idque verum est, nisi lex civilis expressè statuat de personis & rebus Ecclesiasticis. Nam hæc specie ad forum Ecclesiasticum trahi non debent, cap. Ecclesia S. Maria Ext. De constitut. & ibi Panorm. num. 10. Felinus num. 40. vers. Prima est, & Decius num. 88. cum seqq. Quod ideo receptum existimo, ne ex huiusmodi admissione Principes seculares, sui sibi vindicent in

personas & res Ecclesiasticas, cum pernicie & subversione jurisdictionis Ecclesiasticæ. Nisi forte lex Civilis privilegium Ecclesiæ contineret. Quo casu eam admittendam esse, & quidem rectè, tradit Panorm. jam dicto loco, & probat text. in can. fin. xvi. quæst. 3. Velsi dixerit à sacro Canonibus recepta sit; ut in cap. unico Ext. de cognat. legali, in cap. Nulli De rebus Ecclesiasticis alien. Vt hinc estimare liceat, quanti momenti sint leges Iustiniani in C. & Novellis, de personis & rebus Ecclesiasticis nominatim disponentes. Tame si illa olim obtinuerint non tam de iure quam de facto; utpote dissimulantibus Summis Pontificibus, ob tunc temporis præsentem Ecclesiæ statum. Quod vel inde liquet, quòd Symmachus S. Pont. in Synodo Romana, omnibus Laicis de rebus Ecclesiæ disponendi potestatem abrogavit, can. 1. dist. 56. & tamen constat Symmachum tempore Anastasi Imp. vixisse, qui Iustinianum Imp. antecessit. Igitur statuta sacrorum Canonum Principum constitutionibus adiunguntur, etiam in personis & rebus Ecclesiasticis, ubi scilicet nominatim de his non constituunt, sed simpliciter loquuntur, c. 1. cap. 2. De novio. nunt. Vt & hinc si quid obcurius aut minus explicatè constitutum est in iure Canonico, quod tamen apertum est de iure civili vel contra, alterum ab altero interpretationem sive declarationem recipere mutatur. Alciatus ad l. Privilegia 12. C. Defactor. Eccles. Vt verò l. Canonico & Civile apertè à se invicem dissentiant, utrumque in suo foro revocandum est. Panorm. ad d. cap. 1. nu. 7. De novio. nunt. & quæ not. ad cap. 2. De arbitris in 6. nisi in Civile peccatum forteat, ut sunt leges permittentes usuras, concubinatum, præscriptionem cum mala fide, & similia quibus casibus ad ius Canonico recurritur, expio ius Civile, etiam quoad forum suum, per text. in cap. fin. Ext. De præscript. Panorm. ad d. c. 1. Bartol. & Salye ad d. l. Privilegia

d Ita tamen, ut & leges Civiles sententiis SS. Patrum præponantur, iuxta §. præced. in ext. u.

## DE IURIS NON SCRIPTI PARTIBVS, ID EST, DE TRADITIONE ET CONSUETUDINE.

### TITULUS III.

#### §. 1. Quæ constant traditione, & de vi sive effectu traditionis.

**T**raditione constant ea, quæ initio sola voce à Juris conditoribus prodita, ad nos veluti per manus pervenerunt; licet ea posteritas scripto complexa sit, can. Ecclesiasticarum dist. 11. cuiusmodi sunt, in sacrificio Missæ, per mixtio aquæ cum vino, can. 1. de consecrat. dist. 2. oculorum

elevatio ad exemplum Christi, cap. Cum Martha & Ext. De celebrat. Missar. trina inunctio eorum, qui baptizantur, d. cap. Ecclesiasticarum; jejunium Quadragesimale, Hieron. ad Marcellam de errorib. Montani, baptismus parvulorum, Origenes in cap. 6. epist. ad Rom. aliaque quamplurima; quæ non minore quam

quàm si à principio scripto comprehensa & publicata essent, auctoritatem habent, *d. can. Ecclesiasticarum* & *can. Illa autem dist. 12.* Nam huc pertinet illud *U. Pauli*: itaque fratres stare & tenere traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram, *2. ad Thes. 2.* Tum aperta Tertulliani sententia est, Si legem, inquit, postules scripturarum, nullam invenies, traditio tibi prætenderetur auctrix, *ex lib. De coronationibus.*

§. 2. Quid sit Consuetudo, & de eius vi.

Consuetudo verò est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. *can. Consuetudo dist. 1. can. 3. dist. 12. l. De quibus 32. cum l. seq. D. De legib. Sed & receptum est, ut, si consuetudo legitime præscripta sit, legi, id est, juri scripto deroget, l. fin. Ext. De consuet. cap. 3. De causa possess. & propriet. d. l. De quibus in fin. Et magis consuetudo legem interpretatur. Optima est enim legum interpretatio consuetudo, l. Si de interpretatione 37. D. De legib. c. Cum dilectus 8. circa med. De consuet.*

§. 3. Consuetudo rationabilis esse debet.

Ut autem consuetudo suis partibus constet, eam rationi consonam esse oportet, *d. cap. fin. in verb. rationabilis*, hoc est, non contrariam juri divino, non naturalibus sive bonis moribus, *can. Veniatis cum aliquor. seq. dist. 8. can. Consuetudini dist. 11. & d. cap. fin. in verb. naturalium*, text. opt. in *can. Illa autem dist. 12.* neque alias improbatam à jure, *can. 3. in verb. si illis canonica dist. 12. Exempla sunt in cap. 5. Ext. De consuet. & affin. in c. 49. De sent. ex com. in cap. 1. De consuet. in 6. & in cap. 1. De iur. in 6. De consuetudine in his verbis rescripserunt Leo & Nicolaus SS. Pontifices: Scit sancta Romana Ecclesia, quod nihil obsunt saluti credentium divisa, versa pro loco & tempore consuetudines, si illis canonica non obstat auctoritas, pro qua iis obviare debeamus. Unde nihil iudicamus iis debere vel posse resistere, text. est in *d. can. 3. dist. 12.**

DE IVRE PERSONARVM. TITVLVS IV.

Summa personarum divisio jure Canonico hæc est, quod aut sunt Clerici, aut Laici, aut his interjecti Regulares, *ex can. Duo sunt VII. quest. 1. in cunctis De regularibus inf.*

§. 1. Clerici.

Clerici dicuntur, qui Ecclesiasticis ministeriis obediunt mancipati vel destinati sunt, *d. can. Duo sunt & can. Clericus ead. quest. 1. dicti à Græco verbo Κληρος*, quod Latinis fors vel hæreditas est; quia in sui ordinatione, inquit Innoc. III. *cap. cum secundum 16. Ext. De præben. vel assumatur in 12.*

§. 4. Materia circa quam versatur Ius Canonicum. Versatur autem Jus Canonicum vel circa personas, vel circa res, vel circa judicia. Sed cum personarum causa omne jus constitutum sit, primum omnium de personis differamus, postea ex ordine de cæteris dicturi. Simile est in §. fin. Instit. De iure natur. in l. 1. & 2. D. De statu hom.

NOTATIO ad Tit. 3.

a Quò pertinet locus *D. Augustini ad Ianuariam* epist. 118. cap. 1. & extat in Decreto Gratiani in *can. Illa autem dist. 12.* Illa autem, inquit, qua non scripta, sed tradita custodimus, qua quidem toto orbe terrarum observantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis (quorum est in Ecclesia, aliter auctoritas) commendata atque statuta retineri: sicut quod Domini passio, resurrectio, & ascensio in calum, & adventus de celo Spiritus Sancti anniversaria solemnitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod servetur ab universa, quocumque se diffundit, Ecclesia Canonibus Apostolorum, qui & traditione constant, vide Baronium tomo 2. Anno Christi 102. num. 11. cum seq. in Annalib.

b Imò ne quidem leges, à Principe tam Ecclesiastico quàm seculari lata & promulgata, obligant subditos, priusquam moribus subditorum recepte sint, *can. In istis §. leges cum can. seq. dist. 4.* Non quod legum auctoritas pendeat ex arbitrio subditorum, sed quod e ventus doceat, legem promulgatam non convenire naturæ subditorum: quorum conservandorum, & retinendorum causa, leges feruntur à Principe, *can. Brit. autem dist. 4.* ac proinde ascendit, ut leges moribus subditorum non probata, non obligent, etiam ex præsumpta mente ipsius legislatoris. Et nota hic, quæd licet contraria consuetudo Clericorum deroget sacris Canonibus, non tamen statuta, *cap. Quod super 9. & ibi latè Felinus De majorit. & obed. Unde opus est in hoc statuto confirmatione Sedis Apostolicæ. Secus est in statutis laicorum, quæ & contra Ius Civile valent, l. Omnes populi & ibi Dd. D. De legib. Rationem differentia vide apud Felin. jam d. loco.*

hæreditatem Domini, vel assequuntur hæreditatem in ipso. Unde & merito convenit, eos abstinere à negotiis secularibus, *tototit. Decretal. No Clerici vel Monachi, Vide & tit. inf. De vita & honest. Clericorum.*

§. 2. De Clericorum bonis.

Et licet Clerici moribus primitivæ Ecclesiæ nihil proprii haberent, *d. can. Clericus cum can. seq. 211. quest. 1.* postea tamen eò decursum est, ut non tantum bona propria possidere, *can. Cer.*

Certe ego, cum eam seq. d. quast. 1. sed & eadem arbitrato suo disponere, & in alium transferre possint. cap. 1. cap. 7. cap. 9. cap. 10. Ext. De iustam. can. Episcopi, can. Manifesta, can. Simi manifesta 11. quast. 6.

§. 3. Laici qui?

Laici à Græco verbo λαός, quod Latine Populum significat, denominationem traxerunt. Hi nullis Ecclesiasticis muneribus addicti vel voto Religionis obstricti, liberè commerciis secularibus vacant, d. can. Duo sunt. Quos magis intelligemus, ubi de Clericis & Regularibus prius differuerimus.

§. 4. Regulares qui?

Regulares sunt Monachi, Moniales, alique cetera religioni adscripti; dicti à Regula speciali, quam profitentur, De his agitur infra de Regularibus.

§. 5. De numero Ordinum Ecclesiasticorum.

Cæterum de Clericis primum dispiciamus. Horum septem Ordines à Theologicis recensentur; quatuor scilicet minores, veluti, Ostiari-

us, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus: & tres majores, sive sacri Ordines, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, Vide Theologos in 4. Sentent. dist. 24. Bellarm. de Clericis lib. 1. cap. 11. adda Concil. Trident. Sess. 23. cap. 2. in doctrina de Sacram. Ordinis. Quibus ex sententia SS. Canonum duo alii adjiciuntur ordines, Clericalis, ex cap. Cum contingat 11. Ext. De astate & qualitate, & Episcopalis, can. 1. circa princ. distinct. 21. can. 3. dist. 84. can. 1. 3. dist. 93. Concil. Trident. d. Sess. 23. can. 6. & 7. sed diversa à Theologis ratione, a

NOTATIO in Tit. 4.

a Etenim Theologi considerant Ordines, ut se habent ad divinum sacrificium, quod a quæ à Presbyteris & Episcopis offertur: Canonista verò ut Ordines Hierarchiam in Ecclesia constituent: & idcirco rectè distinguunt Episcopum à Presbytero. Bellarm. de Clericis lib. 1. cap. 11. De clericali ordine sive tonsura. Vide Catechis. Romanum de Ordinis Sacram. num. 13. Sunt & Ordines Monachorum & Monialium, qui huc non pertinent: quia ideo Ordines appellantur, quod singulari vita genere divini officii sint mancipati.

DE ORDINIBUS ET GRADIBUS CLERICORUM.

TITULUS V.

Itaque inter Clericos primi recensentur, clericali Ordine insigniti, quos gradatim ascendendo subsequuntur Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, qui in minoribus Ordinibus constituti dicuntur; post Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, quorum Ordines majores sive sacri appellantur, Concil. Trident. Sess. 23. in doctrina de Sacram. Ord. can. 2. & can. 2. circa princ. dist. 21. a

§. 1. Singuli Ordines quâ solemnitate conferantur.

Clericis primi gradus, cum insigniuntur, prima tonsura confertur, cap. Contingat 11. Ext. De astate & qual. ordin. Ostiariis traduntur claves Ecclesiæ, can. Ostiarius dist. 23. Lectoribus codex, can. Lector d. dist. Exorcistis libellus, quo exorcismi continentur, can. Exorcista d. dist. Acolycis ceroterarium cum cerco & urceolo vacuo, can. Acolytus ead. dist. Subdiaconis porrigitur patena & calix vacui, urceolus cum aqua, mantile & manuregium, can. Subdiaconus, ead. dist. Diaconis manus ab Episcopo imponitur, can. Diaconus ead. dist. 23. cap. fin.

Ext. De Sacram. non iteran. similiter & Presbyteri: nisi quod in his & omnes presbyteri præcætes manus suas cum Episcopi manu conjungant, can. Presbyt. ead. dist. & d. cap. fin. Cum verò ordinatur Episcopus, duo Episcopi ponunt, & tenent Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, & uno, ut loquitur Concilium Carthaginense VI. super eo fundendo benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangunt, can. Episcopus d. dist. 23. Hæc de insignibus Ordinum Ecclesiasticorum; quæ solus alibi persequere, in can. 1. dist. 21. can. 1. dist. 25. & d. dist. 11. & in Pontificali Romano.

§. 2. Episcoporum & Presbyterorum nomina olim communia, nunc distincta.

Et quamvis olim promiscuus esset usus nominum Episcopi & Presbyteri, ut ii, qui Episcopi erant, dicerentur & Presbyteri, & e converso; postea tamen in Ecclesia receptum est, ad impediendū schisma, ut sicut Episcopi & Presbyteri ipsa à se invicem distinguuntur, ita & nominibus inter

inter se discernentur, *can. Legimus, dist. 93, junctura ibid. Glof. can. Olim dist. 95, addo D. Thom. in 2. 2. q. 184, art. 6, ad primum, & Concil. Trid. sess. 23, de Sacram. Ord. can. 7.*

§. 3. *Episcoporum quatuor genera.*

Episcoporum verò quatuor genera recensentur ab Isidoro *can. 1, dist. 21*. Alii enim simpliciter Episcopi dicuntur, qui vni diocesi præstant: alii Metropolitanì, qui singulis provinciis præstant: alii Archiepiscopi, quibus Metropolitanì subiciuntur, cæterique Patriarchæ, quandoque Primates vocantur, improprie tamen, uti constat *ex can. 1, & 2, dist. 99, b*. Quartum genus constituunt Patriarchæ proprie dicti, qui post S. Pontificem hi sunt, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, *cap. Antiqua 23, Exe. De privileg. can. pen. & ult. dist. 22, junctura ibid. notatione Gregorii XIII.* Omnes tamen eodem Episcoporum ordine continentur. Sunt enim dumtaxat hæc nomina dignitatis & jurisdictionis, quæ aliis alio latiore vel restrictiore utitur. Imò & ipse Romanus Pontifex eodem Episcoporum ordine censetur, licet alios omnes dignitate, auctoritate & potestate antecellat, *d. cap. Antiqua 23, De privileg. can. 1, & 2, dist. 12*. Si quidem hic est Vicarius Christi, successor Petri, universalis Ecclesiæ Episcopus, directus Gregoris Domini, *cap. 3, s. cæterum De elect. lib. 6, can. 1, s. quapropter dist. 23, can. Si quis putaverit II. qu. 6, Concil. Trid. in fine in acclamationibus Patrum; à quo reliqui Episcopi in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis vocantur, can. Decreto can. Qui se scit II. qu. 6, can. Multum III. q. 6a.*

§. 4. *De Chorepiscopis sublatis.*

Erant & olim Chorepiscopi, Episcopis quidem inferiores, sed presbyteris superiores; quorum usus hodie ab Ecclesia sublatus est, *can. Chorepisco-*

*pi, juncto can. Quamvis dist. 68.*

§. 5. *De Cardinalibus.*

Sunt & Cardinales, personæ Ecclesiasticæ præcipuæ, quæ Romano Pontifici adhiænt, & in administranda Ecclesia Universali consilium subministrant, *Conc. Trident. sess. 25, cap. 1, in fine de reformat.* Verùm & horum separatus ordo non est, sed dignitas & officium; quod ex eo cinct, quòd ex his quidam denominentur Cardinales Episcopi, quidam Cardinales Presbyteri, quidam Cardinales Diaconi, *can. pen. II. qu. 4*, certis titulis inter se distincti, ex quibus etiam appellationem recipiunt. *De Cardinalib. vide Bellarm. de Clericu lib. 1, cap. 16.*

NOTATIO in Tit. 5.

a. *Quamvis in can. 1, dist. 21, & Psalmista inter Clericos numeratur, qui & Cantor dicitur; tamen cum hic absque licentia Episcopi, solâ iussione Presbyteri, possit suscipere officium cantandi, can. Psalmista dist. 23, referri poterit ad quemvis Clericum psallendâ munere fungentem.*

b. *Metropolitani hic distinguuntur ab Archiepiscopis, eoque nomine veniunt, qui simpliciter Archiepiscopi vocantur, ut Mediolanensis, Ravennatensis & similes. Qui autem in textu Archiepiscopi vocantur, hi Metropolitanus superiores sunt, & idcirco Primates vel Patriarchæ appellantur, sicut sunt Pisanes, Gradensis, Aquilegiensis sive Venetus & Bituricensis Archiepiscopi: sed minores ab aliis Patriarchis, qui recensentur in text. nostro. Ioan. de Turre-cremata ad can. 1. num. 20, cum seqq. dist. 21. Quibus ab aliis inter Primates annumerantur Tolitanus in Hispania, & Magdeburgensis in Germania Archiepiscopi.*

*Hic non obstat text. in can. fin. dist. 99, ubi Gregorius non vult se nominare Vniuersalem Papam, &c. Verùm huius solutio petatur ex notationibus Gregoriana editionis ibidem adjectis, & ex Bellarm. lib. 2, de summo Pont. cap. 31.*

QVI ORDINES ECCLESIASTICOS CONFERANT, ET DE LITERIS DIMISSORIIS.

TITULUS VI.

**I**us ordinandi Clericos penes Episcopos est, *can. 1, s. ad Episcopum dist. 25, can. Quamvis dist. 68, Conc. Florent. in unione Armenior. de Sacram. Conc. Trid. sess. 23, cap. 4, s. Proinde, & can. 7, de Sacram. ord. juncto s. fin. inf. cod. qui tamen animadver-*

*tere debent, ne alienæ Diocesis subditum absque sui Superioris licentia ad Ecclesiasticum Ordinem, etiam primæ consue, admittant, cap. 2, c. 3, c. 4, De temp. ordinat. lib. 6, can. Primatus dist. 71, non impunè laturos, tam ordinantes, quam ab iisdem*

Hhhh

ordi-

ordinati, si secus fecerint, *d. cap. 2. & c. 4. & utrobique Glof. junct. text. in can. 1. 3. 6. & 7. ix. quest. 2. can. 1. & per tot. dist. 7. adde Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. §. 1. de reform.*

§. 1. *Licentia ab alieno Episcopo ordinandi, à suo Episcopo impetranda est.*

Superior autem intelligitur in hoc casu Episcopus, de cujus diœcesi est is, qui ad Ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cujus diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem, *text. est in cap. 3. in princ. De temp. ordinat. in 6. Et hand dubiè Superior est & Summus Pontifex, propter summam in universam Ecclesiam potestatem, cap. 1. d. tit. De temp. ord. in 6. Cæterum Prælati Episcopis inferiores, tam religiosi quam sæculares; hanc potestatem alienum Episcopum ad eundem suis Clericis aut subditis (nisi ex speciali indulto Sedis Apostolicæ) facere non possunt: nec etiam Officialis Episcopi, cum ad hoc se non extendat ipsius officium, *d. c. 3.**

§. 2. *Quando & ab alio Dimissoria rectè impetrentur.*

Ubi tamen Superior remotiore loco agit, potest ipse in spiritualibus Vicarius generalis, vel Sede vacante Capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium spectat, hanc gratiam facere, ex Bonifacii VIII. constitutione, *in d. cap. 3. à qua tamen nonnihil difcessum est per Concilium Tridentinum, quo non licet Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris communis dispositione, quam etiam cujusvis privilegii aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficium Ecclesiasticum recepit vel recipiendi occasione arrestatus non fuerit, concedere, Sess. 7. cap. 10. de reform. Cæterum verò, qui Sede vacante Capituli loco in jurisdictione Episcopi succedunt, hæc potestas ab alieno Episcopo ordinandi, prorsus a dimititur, *sess. 23. cap. 10. de reform. In transgressores certæ pœnæ ab eodem Concilio statuta sunt, ut videre est dictis locis.**

§. 3. *Literis de promovendo à quocumque legitima causa inferenda est.*

Sed & ab eodem Concilio sancitum est, ut facultates de promovendo à quocumque non suffragantur, nisi habentibus legitimam causam, ob

quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in literis exprimendam; & tunc non ordinantur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residentem, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligentè prævia examine, *d. sess. 7. c. 11.*

§. 4. *Episcopo an & quando liceat exercere Pontificalia in aliena diœcesi.*

Sicut igitur Episcopo interdictum est, ne ordinet alicujus diœcesis subditum, nisi secundum ea, quæ jam dicta sunt, etiam familiarem suum, *Concil. Trid. d. sess. 23. c. 9. ubi tamen latius: ita neque in aliena diœcesi Pontificalia exercere potest, obtentu etiam cujusvis privilegii, can. 1. 3. 6. & 7. ix. quest. 2. Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. de reform. nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eisdem Ordinario subiectas tantum, sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium ipsi Episcopo, & ordinatis ab exercitio Ordinum ipso jure infigenda, *d. c. 5. Concil. Trid.**

§. 5. *De Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, & de Clerico ab eo ordinato.*

De Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, & de Clericis ab eodem ordinatis, hoc rescriptum extat Alexandri III. ad Archiepiscopum Toleranum, Respondemus, *inquit, distinguendo, utrum Episcopus renuntiaverit loco tantum, an locofimul & dignitati: nam in primo casu Episcopus (sicut antè) rogatus ab Episcopo aliquo poterit de ratione conferre: in secundo verò casu distinguendum putamus, utrum sacros conculerit, an minores; si enim à tali Ordines usque ad Subdiaconatum aliquis acceperit, quia & hujusmodi Ordines à non Episcopis quandoque conferuntur, & in illis deservire poterit, & ad majores (si idoneus fuerit) promoveri. Sanè si ab eodem sacros Ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem officii non habebit: ubi autem non scienter, poterit (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare, *text. est in cap. 1. Ext. De ordinat. ab Episc. qui renunt. Episc.**

§. 6. *De ordinatione per Abbatem.*

Porro, quod initio diximus, jus conferendi Ordines ad Episcopum spectat, juris ordinarii est. Nam singulariter & Abbatibus à sacris Canonibus permittitur potestas conferendi primam tonsuram, & Lectoratum sui Monasterii Monachis, dummodò ipsi Presbyteri sint, & im-

positionem manus ab Episcopo acceperint, *can. 1. dist. 69 cap. Cum contingat, Ext. De atate & qual. ordinis cap. 3. De privi. lib. 6. cap. 1. Ext. De ord. ab Episc. adde Concil. Trident. sess. 23. cap. 10. de reform.*

NOTATIO in Tit. 6.

a Sed an reliquos ordines minores conferre possit Abbas, vide Sylvest. in verb. Ordo 3.

## QUIBUS ECCLESIASTICI ORDINES RECTE CONFERVNTVR.

### TITULUS VII.

**T**ales, inquit Clemens Pontifex, ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare, *text. est in can. 4. dist. 22.* Itaque idonei tantum ad Ecclesiasticos Ordines assumendi sunt, quales censentur omnes, quibus susceptione Ordinum non est interdictum, *cap. fin. Ext. De praesumpt.* Quocirca de iis videamus, qui à susceptione Ordinum à sacris Canonibus submoventur. Nam si hos cognoverimus, consequenter & eos intelligemus, qui admittendi sunt.

#### §. 1. Interdicitur Ordinibus non baptizatis.

In primis igitur ab Ecclesiasticorum Ordinum receptione remouentur non baptizati; adeò ut & Ordines, si quos fortè antea receperint, post susceptum baptismum repetere cogantur, *cap. 1. c. 3. Ext. De presbyt. non baptiz.* Est enim Baptismus aliorum Sacramentorum fundamentum & janua, *cap. 2. De cognat. spirit. in 6. & can. Cum itaque in 2. in fine de consec. dist. 4. d. c. 3. Glof. Innoc. & Panorm. ad d. c. 1.*

#### §. 2. Item mulieribus.

Secundò mulieres, propter sextum muliebrem, *can. Mulieres dist. 32.* his siquidem ad Ecclesiasticis ministeriis interdictum est, ut ne ad altare quidem accedere, aut presbytero ministrare, aut intra cancellos consistere siue consistere, aut sacra vasa vel sacras pallas contingere illis liceat, etiam si Sanctimonialia sint, *cap. 1. in fine Ext. De cohabit. Cler. & mulier. can. Sacras dist. 23. c. In sancta 41. c. Vestimenta, de consec. dist. 1.*

#### §. 3. Item seruis vel alteri conditioni obnoxiiis.

Tertiò remouentur serui, *can. 1. & 2. dist. 54. cap. 1. c. 2. Ext. De seruis non ordin. originarii, can. Quis autem, can. Generalis, can. admittuntur, dist. 54. curiales, & aut simili conditioni obnoxii, can. Præcipimus dist. 34. can. Si quis obligatus & d. can. Admittuntur*

*dist. 54. item libertate donati, sed retento obsequio temporali, can. Quicumque dist. 54. junct. cap. Nullus & ibi Glof. Ext. De seruis non ordin. Debet enim, ait Leo Pontifex, esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus, ut à castris Dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur, *text. est in can. 1. dist. 54.**

#### §. 4. De Tutoribus, Curatoribus, & similibus.

Quibus similes sunt tutores, curatores, actores, executores, procuratores, ante depositum officium & rationes ab eis redditas, *c. unico Ext. De oblig. ad ratiocinia can. Magnus dist. 5. 4. can. Legem dist. 53.*

#### §. 5. De seruis ordinatis, scientibus dominis suis.

Ab illis tamen excipiuntur serui, qui dominis suis scientibus nec contradicentibus, & multò magis ipsis assentientibus, in Clericorum numerum assumuntur; cum eo ipso non tantum liberi, sed & ingenui fiant, extincto jure patronatus, *§. si seruus Novel. de sanctis. Episc. can. Si seruus sciente, & Admittuntur dist. 54.*

#### §. 6. De criminosis non ordinandis.

Quartò, à susceptione Ordinum arcentur, adulteri, perjuri, homicidæ, falsarii, uturarii, fures, aliove gravi crimine irretiti, *cap. fin. Ext. De temporib. ord. can. Si Episcopus dist. 50. can. 1. & passim dist. 81. can. 2. dist. 33. can. 1. cum seq. dist. 47. & can. 1. dist. 48. can. Si quis omnem. l. quest. 7. item scurræ, mimi, scenici, ludicri, seditiosi, injuriarum ultores, & adulescentes, proditores, aleæ atq; ebrietatè dediti, *can. 3. cum seq. dist. 40. can. 2. dist. 33. can. 1. cap. fin. dist. 33. & his similes, can. Infames vi. quest. 1. & l. quest. 7. per totum; dummodò hi omnes notorii sint. §.**

Hhhh 2

Nam

Nam ob delictum occultum nemo jure submoventur ab Ordinibus Ecclesiasticis, c. 4. Et cap. fin. Ext. De temp. ordin. Vide latius Panorm. ad d. cap. fin. cum latentia delicta publice vindicanda non sunt, can. fin. xxxi. quæst. 15. exceptis homicidis & simoniacis, qui & occulti submoventur, etiam post peractam ab iis poenitentiam, d. cap. fin. De temp. ordin. cap. Inquisitionis 21. circa princ. Ext. De accus. cap. Nisi 10. §. propter conscientiam Ext. De re. nunt. vide Hostiens. in Summa de temporibus ordin. num. 8. vers. Excipiuntur homicidium, &c.

§. 7. Explicatio de homicidio.

Homicidas autem eos intelligimus, qui consulto sive data opera homicidium perpetraverunt, vel saltem culpâ eorum homicidium admissum est. Ceterum si furiosus, si insans, si dormiens si fortuito quis, dum scilicet operam daret, aut dum defendendi sui causâ injuriam propulsaret, homicidium admisit, non idcirco ab Ordinibus rejicitur, cap. unico De homicidio in Clem. cap. Lator 9. cap. Dilatus 11. cum seqq. Ext. De homicid. tametsi his duobus posterioribus casibus cognitio & dispensatio quodammodo requiratur, ex decreto Concilii Tridentini, sess. 24. cap. 7. de reform. ubi latius, & Navari. in Manuali c. 27. num. 239.

§. 8. In homicida voluntario nihil interest, ipse occidat, an causam præstet homicidii.

Neque interest in homicida voluntario, ipse manu suâ occiderit, an mandato, sive consilio, can. Si quis viduam dist. 50. Et ibi Glof. c. fin. De homicidio lib. 6. sive operâ suâ causam homicidii præstiterit, cap. Suscipimus 10. cum cap. seq. Ext. De homicid. cap. fin. eod. tit. in 6. Cum de hac ratione miles, Judex, affessor in causa homicidii etiam justa, hanc irregularitatis notam incurrant, d. can. Si quis viduam Et ibi Glof. can. 1. 2. Et 4. dist. 50. can. Alii a quibus xxiii. quæst. 8. cap. 5. Ext. Ne clericici vel Monachi. Rationem reddis Navari. in Manuali cap. 17. num. 206.

§. 9. De illegitimis non ordinandis, & de eorum dispensatione.

Quinto, Ordines Ecclesiasticis interdiciuntur filiis presbyterorum, aliisque ex quovis illicito concubitu natis, nisi Religionem ingrediantur, & à prælatura abstineant, cap. 1. Ext. De filiis presbyter. Quibus tamen gratiam facere poterit Episcopus quoad minores Ordines & simplex beneficium. Ad majores enim Ordines, vel ad curata be-

neficia, solus dispensat Summus Pontifex, cap. 1. De filiis presbyter. in 6.

§. 10. De bigamis non ordinandis.

Sexto, & bigamis interdicitur. Sunt autem bigami, qui duas uxores legitimas habuerunt, vel unam tantum, sed viduam, sive antea corruptam, can. Maritum dist. 33. can. Corandum cum can. seqq. dist. 34. can. 8. can. 56. dist. 50. Et toto tit. Ext. De bigamis non ord. vide can. 18. dist. 34. vel etiam uxorem unam à se virginem ductam, sed constante matrimonio ab alio, & deinde à se cogitam can. Si cuius cum can. seq. dist. 34. Hi enim omnes bigamorum numero cenentur, & ordinari prohibentur propter defectum Sacramenti, cap. Debitum 5. Ext. De bigamis.

§. 11. De Subdiacono, qui alteram uxorem duxit, vel viduam de sacro.

In eundem numerum rejicitur & is, qui cum laicus priorem uxorem virginem duxisset, & in sacris alteram. Quamvis enim hic proprie bigamus non sit, quod in sacro ordine matrimonium perperam contrahatur, cap. 1. Et 2. Ext. Qui Clerici vel vorventes, cap. unico De consang. & affin. in Clement. tamen eadem bigamiæ nota afficitur, non propter Sacramenti defectum, sed, ut ait Innoc. III. propter affectum intentionis cum opere subsecuto, in cap. 4. Et cap. fin. Ext. De bigam.

§. 12. De concubinario.

Licet diversum obtineat in eo, qui pluribus concubinis usus est, cap. pen. Ext. iam d. tit. ubi dispensari cum eo potest tamquam cum simplici fornicario, quive virginem quidem ab alio ductam, sed nondum cogitam, uxorem duxit, cap. Debitum Ext. d. tit. ad id Glof. ibid. Et qua tradunt Theologi in 4. sent. dist. 26. Et seq.

§. 13. De Eunuchis.

Septimo, ab Ordinibus Ecclesiasticis submoventur Eunuchi, nisi scilicet, qui sponte sibi virginitatem præciderunt etiam sedandæ libidinis causa, can. 4. Et cap. 5. dist. 55. cap. 4. Et 5. Ext. De corpore vitiatio. Cum hi, inquit canon Apostolicus, sui homicidæ sint, & Dei conditionis inimici, d. can. 4. dist. 55. Nam & in eodem jure civili animadvertitur, h. 4. §. fin. D. de L. Corn. de sicar.

§. 14. De

## §. 14. De his, qui digitum sibi præciderunt.

Quin & illi, qui partem digiti volentes sibi præciderunt, eadem hac interdictione continentur, *can. Qui partem dist. 55.*

## §. 15. Qui alieno facto hoc passi sunt.

Qui verò à Medicis, vel à barbaris sive à dominis executionem hanc passi sunt, *can. Si quis à medicis cum 3, seqq. dist. 55,* aut qui fortuito vel alieno facto digitum amiserunt, hac interdictione liberantur, *d. can. Qui partem, juncto cap. 1, Ext. De corpore vitiat.* Sicut enim in illis per verba voluntas iustè vindicatur: ita in his casus vel alienum factum merito veniam tribuit, *d. can. Qui partem & can. Lator dist. 55.*

## §. 16. De corporis deformitate.

Porro, in quo corporis deformitas tanta est, ut in scandalum publicam rapi possit, distinguendum non videtur, spontè an alieno facto sive fortuito ea deformitas obrigerit, sicut à Gelasio responsum est in eo, cui per vim oculus ab alio excussus fuit, ne ad sacerdotii gradum evheretur, *can. fin. dist. 55, addo & cap. 2, & ibid. Panorm. Ext. De corp. vitiat.*

## §. 17. De claudis.

Sanè claudis minimè Ordinibus interdictum est, *can. 10, dist. 55,* ut tamen ordinari ad solemnia Missarum celebranda baculo non incedant, *can. Nullus Episcopus 57, de consecr. dist. 1.*

## §. 18. De publicis poenitentibus, Apostatis, olim juratis, alijsquo.

Octavo, ab Ordinibus arcentur, qui publicam & solemnem poenitentiam egerunt, *can. Ex poenitentibus, can. Illud quoque, can. Placuit juncto can. In capite dist. 30, item apostata, can. fin. dist. 50,* & qui aliquando in furorè acti, vel à diabolo exagitati fuerunt, *can. Maritum cum 33, seqq. dist. 33,* item rebaptizati, baptizati apud hæreticos, *can. Qui in qualibet I. quæst. 7, can. Veniam xviii. in fine l. quæst. 1, can. Qui via 111. de consecr. dist. 4,* & utrobique Glos. neophyti & epileptici, de quibus vide *can. Communiter dist. 33, can. fin. dist. 51, can. Placuit cum seqq. l. 4,* Dummodò baptizati illi apud hæreticos adulti fuerint, non infantes: nam his parentum error nihil officit.

## §. 19. De baptizatis in ægritudine.

De baptizatis in ægritudine hic canon extat Concilii Neocaesariensis: Si quis in ægritudine

constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet: non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est; nisi fortè postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum caritas exegerit, *text. est in can. 1, dist. 57.*

## §. 20. De Clerico non ordinato ministrante.

Et Homisida Pontifex: Si quis, ait, baptizaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur, *text. est in cap. 1, Ext. De cler. non ord. minist. juncto cap. 2, ibid.*

## §. 21. De uxoratis &amp; illiteratis.

Postremò, rejiciuntur à receptione Ordinum Ecclesiasticorum uxorati; præterquam si ab uxore continentiam votente fuerint absolvi, *cap. fin. De temp. ordin. in o, juncto c. 4, e. 5, Ext. De convers. conjug. & que ibi traduntur Dd. Item literarum ignari, d. cap. fin. Si in laicis, inquit Leo Pontifex, vix tolerabilis videtur incertia, quantum magis in iis, qui præsumt, nec excusatione digna est, nec venià, *text. est in can. Si in laicis dist. 38.**

## §. 22. Quæ &amp; quanta literarum cognitio in ordinandis requiratur, ex Concilio Tridentino.

Non tamen in omnibus ordinandis una eademque literarum cognitio exigitur; sed in quibusdam majoris in quibusdam minor, pro ratione Ordinum suscipiendorum, sicut post antiquos canones, ut videre est *dist. 38, per tot. explicatè à Concilio Tridentino definitum est; cuius verba, cum alia præterea contineant, hic à nobis repetenda sunt. Itaque de prima tonsura initiandis ita constituit: Primà tonsurà non iniciantur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, qui que legere & scribere nesciant, & de quibus probabilis conjectura non sit, eos non secularis iudicii fugiendi fraude, sed ut Deo si delectum cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse, *Concil. Triad. sess. 23, cap. 4, de reformat.* De aliis Ordinibus ita statuit: Minores Ordines iis, qui saltem linguam Latinam intelligant, per temporum interstitia (nisi aliud Episcopo expedire magis videretur) conferantur, *d. sess. 23, cap. 11 de reformat. Et paucis interjectis: Cumque hinc ad altiores gradus & sacratissima mysteria sit ingressus, nemo iis inicietur, quem non scientiæ spes majoribus Ordinibus dignum ostendat, d. can. Subdiaconi & Diaconi**

ordinentur, habentes bonum testimonium, & in minoribus ordinibus jam probati ac literis, & ita, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instruat. *ibid.* cap. 13, Qui piè & fideliter in ministeriis antè a cæsisse gesserint, & ad presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium, & hi sint, qui non modò in Diaconatu ad minùs annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint; sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, diligenti examine præcedenti idonei comprobentur, *ibid.* cap. 14, De Episcopis ita censuit idem Conc. Trident. Ad Cathedralium Ecclesiarum regimen nullus nisi ex legitimo matrimonio natus & ætate maturâ, gravitate morum, literarumque scientiâ, juxta constitutionem Alexandri II. quæ incipit: Cum in cunctis, in Concilio Lateranensi promulgatam, text. in c. 7, Ext. De elect. præditus assumatur, Conc. Trid. sess. 7, cap. 1, de reform.

§. 23. Cautio ad superiora.

Quare ne temerè quis ad sacros Ordines recipiatur contra præscripta SS. Canonum & Concilii Tridentini, Ordinarii partes erunt, adscitis sibi sacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis divinæ legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter explorare, can. Quando cum 22, seqq. dist. 24, cap. 14, Ext. De ætate & qual. ord. Concil. Trid. d. sess. 23, cap. 7, de reform. Nam & ex doctrina D. Pauli nemini manus temerè imponenda est, 1. ad Timoth. 5. junge can. 3, dist. 78.

NOTATIO in Tit. 7.

a Non obstat quòd apud antiquos Patres, tum etiam in jure sapè mentio fiat Diaconissarum, Presbyterarum & Episcoparum; veluti apud Clementem, Constitur. lib. 3, cap. 13. Epiphanium hæresi 79, l. In generali 13, C. De SS. Eccles. in can. Presbyter, & in can. fin. dist. 32, Conc. Turonense II. can. 13, 14, & 20. Quia hæc mulieres non ex eo nomen sortiebantur, quòd aliquo ordine essent insignite, sed quòd uxores essent eorum, qui vel Diaconi, vel Presbyteri, vel Episcopi facti erant, & separatim vitam cœlibem agebant, d. can. Presbyter. Non minùs olim Presbyteræ dicebantur vidua seniores, d. can. fin. Item Diaconissarum olim munus erat præesse foribus Ecclesiæ, quibus ingrediebantur mulieres; de quibus latius Baronius, Annal. 10mo anno Christi 34, num. 288, cum seq.

b Originarii dicuntur illi, qui nati sunt ex adscriptiis, hoc est, qui colendo agro perpetuo additi sunt; de quibus in l. Ne diutius 20, C. De agricolis & cens. Curiales verò qui curiæ, id est, senatui adscripti sunt, l. Si quis curiales 12, C. De Episc. & Cler. Cujac. ad tit. C. De decurion. & filiis.

g Notorii dicuntur tribus modis, aut per sententiam, aut per confessionem de jure id est, in judicio factam, aut per rei evidentiam, quæ sergiverfatione aliquâ celari non potest, c. fin. Ext. De cohabit. Cleric. Martinus Navar. in Manuali cap. 27, num. 248, & c. 25, num. 72, putat ob crimen tunc incurri hanc irregularitatem, quando est notorium & depositione dignum, quibus adnumerat d. num. 248 peccatum Sodomitæ, ex Extravag. Pii V. Atque hoc quoad forum exterius. Nam quoad forum interius, id est, conscientia, etiam ex occulto crimine incurritur irregularitas occulta, in qua non minùs dispensatio necessaria est; nisi quòd hanc Episcopus per dispensationem suam possit tollere: exceptâ tamen ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentionum, ex dispositione Conc. Trid. sess. 24, cap. 7, de reformat. Adde latius Navar. d. cap. 27, num. 194.

d Eadem ratio est in mutilatione membri hominis quia ea, quoad irregularitatem, homicidio comparatur, can. His à quibus xxiii, quest. 2, cap. fin. De homicid. in 6, cap. Clericis Ext. Ne clerici vel monachi, cap. unico De homicid. in Clement. Quare ubi Clerici apud Iudicem secularum de malefactoribus suis querelam institunt, necessaria est protestatio; quòd scilicet non intendunt ad vindictam, vel poenam sanguinis; licet aliàs de jure poena sanguinis irroganda sit, cap. 2, De homicid. lib. 6, Didac. Covarr. latè explicat ad d. cap. unic. p. 2, rele. § 5, Hujus mentio fit in §. & hoc inf. De accusat. Ratio hujus irregularitatis hæc est, quòd visum sit Ecclesiæ, non posse eum referre lenitatem & mansuetudinem Christi (qui innocens propter nos sanguinem suum effudit, & morti se tradidit, qui occidit vel mutilat hominem, etiam licitè. Ita Navar. in Manuali cap. 27, num. 160, ex sententia D. Thomæ in 2, 2, quest. 40, art. 2.

Hæc derogatum est per Extravag. Sixti V. editam anno Domini 1587. 6. Kal. Decemb. quæ ex incestu in tertio gradu consanguinitatis vel affinitatis nati, etiam legitimi, ad regularem habitum & professionem admitti non possunt, nisi tantummodò ad habitum conversorum seu famulorum. Reliqui verò illegitimi, etiam legitimitati, non nisi certâ formâ ibidem expressâ. Eadem Extravag. prohibentur & criminosi, vel suspecti de criminibus, vel ære alieno gravati, vel reddendis rationibus obnoxii, in Religionem recipi, sicut latius ibidem videtur est.

Ext. 11

Exeat in Bullario Roma edito, & anno 1586.  
 2 Addi possunt ex Canonibus Apost. illi qui ancillam,  
 id est, non liberam vel spectantibus publicis mancipatam  
 duxerunt, ex can. Si quis viduam dist. 24. Verum his  
 in nullum vitium bigamia est; nisi velimus per ancillam  
 intelligere, quæ & ab alio corrupta est, ex sententia Tur-  
 recremata, ibid. Qui autem hoc §. numerantur, si se-  
 cundum proprietatem nominis Bigami dicuntur, qui se-  
 cundas contraxerunt nuptias, ceteri improprie, & qua-  
 dam similitudine, Glor. recepta in cap. 1. de Bigam  
 & probat text. in cap. Debitum Ext. eod. Hujus  
 autem irregularitatis ratio est quod, licet matrimonium  
 contractum cum corrupta verum sit Sacramentum, re-

presentans per mutuum consensum conjunctionem Chri-  
 sti & anime iuste; non est tamen quoad significationem  
 omnino perfectum Sacramentum, siquidem non significat  
 conjunctionem Christi cum unica & immaculata sponsa  
 Ecclesia, can. Acutius dist. 26, & d. cap. Debitum.  
 Unde bigamus, cum patitur defectum quoad significatio-  
 nem in Sacramento matrimonii, prohibetur etiam à Sa-  
 cramento Ordinis. Deinde pati non debet defectum in Sa-  
 cramento, qui Sacramenta administraturus est. Ita ex  
 Theologi & canonistæ Did. Covarr. ad cap. Furiolus in  
 1. p. relect §. 2, num. 3, vers. hujus, De homicid. in  
 Clement.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, ET DE ÆTATE  
 ORDINANDORVM.

TITULUS VIII.

§. 1. Quibus temporibus sint Ordines conferendi.

Sed & certa tempora Ordinibus conferendis à  
 sacris Canonibus præstituta sunt. Etenim mi-  
 noribus Ordinibus uni vel duobus conferendis  
 dies Dominici & alii festivi, cap. 3, Ext. De temp.  
 ordin. sacris quatuor tempora & dies Sabbati san-  
 cti, & qui Dominicam de Passione antecedit, de-  
 stinati sunt, nihil impedire contra iâ consue-  
 tudine, cap. 1, cap. 2, c. 3, 8, 18. & 36, Ext. d. tit. adde  
 can. 3, 6, 7, dist. 75, & Concil. Trid. sess. 23, cap. 8, de re-  
 form.

§. 2. Plures ordines sacri eodem die uni non sunt con-  
 ferendi.

Non tamen uno eodemque die, vel etiam duo-  
 bus continuato jejuniis ad binos Ordines sacros  
 quis admitti debet: in transgressores poena sus-  
 pensionis constituta est, cap. Literas 12, cap. Dilectus  
 15, Ext. De temp. ordin. Concil. Trid. d. sess. 23, cap. 13, in  
 fine.

§. 3. Qua ætate ordines recipiendi.

Nec minus ætatis ratio habetur: qui enim ad  
 primam tonsuram, & ad tres sequentes Ordines

minores admitti desiderat, ipsam infantiam, cap.  
 fin. De temp. ordinati in 6, can. 2, dist. 77, iuncto §. non  
 tamen sup. tit. præ. qui ad Acolytatum, duodeci-  
 mum ætatis annum necesse est expleverit, d. 2, 2,  
 vide ibid. Glor. & Card. à Turrecrem. can. 3, dist. 28,  
 Post hoc tempus omnes Ordines minores rectè  
 recipiuntur, sed per temporum interstitia, nisi a-  
 liud Episcopo expedire magis videatur, cap. 3, &  
 ibid. Gl. Ext. De temp. ord. Concil. Trid. d. sess. 23, c. 11,  
 Quoad Subdiaconatum, Diaconatum & Presby-  
 teratum, diversa olim tempora constituta erant,  
 sicut videre est in can. 2, cum seqq. dist. 77, in c. 1, cum  
 seq. dist. 78, in cap. fin. De ætate & qual. in Clem. Verum  
 hodie ex Concilii Tridentini decreto, nullus ad  
 Subdiaconatus Ordinem ante XXII. ad Diacona-  
 tus ante XXIII. ad Presbyteratus ante XXV. æ-  
 tatis suæ annum promoveri potest, d. sess. 23, cap. 12  
 de reform. In Episcopo ordinaando ætas XXX. an-  
 norum exactorum, ut minimum, exigitur, cap.  
 Cum in cunctis 70, in princ. Ext. De elect. iuncto Concil.  
 Trid. sess. 7, cap. 1, de reform. }

DE CLERICO FVRTIVE VEL PER SALTVM PROMOTO.

TITULUS IX.

§. 1. De promotio furtivè.

Quod si quis furtivè, id est, clam Episcopo or-  
 dinaante, ad aliquem Ordinem subreperit,

quam ab usu recepti Ordinis, quam ab aliis in  
 posterum recipiendis, submovetur, donec di-  
 spca-

spensationis gratiam obtinuerit, *1000 tit. Ext. De eo qui suritur ord. ubi latius.*

§. 2. De promotio per saltum.

De eo verò, qui non gradatim sicut Canones jubent, *can. 1. 2. & 3. dist. 77.* sed per saltum id est, prætermisso Ordine inferiore, ad superiorem suã negligentia ascendit; constitutum est, ut tandiu ab executione suscepti Ordinis cesset, donec omissus ab eo Ordo restituatur, *intra can. unis. dist. 52, & cap. unic. Ext. De Clerico per salt.*

*prom. Extat & Concilii Tridentini hac de re sag. Oio: Cum promotis, inquit, per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitima causa potest dispensare, text. est in cap. 24, in fine de reform. sess. 23. a*

NOTATIO in Tit. 9.

a. Aliud si scienter ascenderit. Nam gravius in eum statuitur, uti videre est apud Bernardum Diaz. in Pract. crimin. Canon. cap. 20.

## DE OFFICIIS CLERICORVM.

### TITULUS X.

Continuatio.

**H**Actenus de Ordinibus Clericorum disseruimus; sequitur, ut dispiciamus de eorumdem officiis, quæ partim exercent Clerici ratione Ordinum susceptorum, de quibus hoc tit. agitur. partim ex ordinata, sive mandata jurisdictione, aliâve munere Ecclesiastico, de his §. fin. inf. eod. cum titulis seq.

§. 1. Officia minorum Ordinum.

Ratione suorum Ordinum, Ostiarius curam gerit Ecclesiæ aperiendæ & claudendæ: Lector lectiones & prophetias populo denunciandi: Exorcista exorcismos exercendi in energumenos & catechumenos: Acolytus præparandi & deferendi cereos, quando Evangelium legendum aut sacrificium offerendum est, de quibus latius in *can. 1. dist. 25, in can. 1. dist. 12, & passim dist. 23, vide & Pontificale Romanum.* Primâ tonsurâ initiati nullum peculiare in Ecclesia officium est; tantummodò ad Ordines suscipiendos designatur, *Catech. Rom. de Ord. Sacr. num. 13.*

§. 2. Officia majorum sive sacrorum Ordinum.

Reliquorum officia his verbis describuntur ab Isidoro: Ad Subdiaconum, inquit, pertinet, calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Levitis tradere, eisque ministrare; viceolum quodque & aquam, mantile & manutergium tenere, Episcopoque & Presbytero, & Levitis prolavandis ante altare manibus aquam præbere. Ad Diaconum pertinet, assistere Sacerdotibus & ministrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi, in Baptismo scilicet, in

Chrismate, & patena & calice; oblationes quæque inferre & disponere in altario, componere etiam mensam Domini atque vestire, crucem ferre, prædicare Evangelium & Epistolam: nam sicut lectoribus vetus Testamentum, ita Diaconis novum prædicare præceptum est, &c. Ad Presbyterum pertinet, Sacramentum corporis & sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere & benedicere donis Dei.

Ad Episcopum pertinet, Basilicarum consecratio, unctio altaris, & consecratio Chrismatum: ipse prædicta officia & ordines Ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit, & dum præcessit unusquisque in singulis; ipse tamen est præordinator in cunctis, *sex. est in can. 1. §. ad Subdiaconum, usque ad §. Hi sunt ordines, dist. 11, adde & can. 1. dist. 23, & Pontificale Rom.*

Hoc tamen amplius in Presbytero est, quod & hic annuntiet verbum Dei, *can. 6. dist. 95, baptizet, can. 19. de consecr. dist. 4.* absolvat poenitentes, *Concil. Trid. sess. 14, c. 6, in doctrina de sanctiss. poenit. & extremam unctionem ægrotis conferat, idem Conc. Trid. sess. 14, c. 3, de Sacram. extrema Vnct. can. 6, dist. 95.* Et in Episcopo, quod hic Sacramentum Confirmationis administret, *can. Quamvis dist. 68 Conc. Trid. sess. 7, can. 2, de Confirmat. Intellige ordinariè, juxta §. final. inf. de Confirmat. Sacram. quod publicam & solemnem poenitentiam injungat, d. can. Quamvis, can. 2, xxvi. qu. 5. juncto can. In capite dist. 50, Ecclesias pollutas repurget, reconciliet, & aqua 9, Ext. De consecrat. Eccles.*

§. 3. De

## §. 3. De aliis officiis Clericorum.

Cætera verò officia, quæ non ratione Ordinum à Clericis, ut dictum est, sed jurisdictionis, sive alterius muneris Ecclesiastici causa exercentur, earumque variè & à diversis explicantur; alia

enim ab Episcopo, alia ab Archidiacono, alia ab Archipresbytero, alia ab aliis exercentur, de quibus ex ordine dispiciamus. Prius tamen de electione postulatione, & confirmatione acturi, quibus ad hujusmodi officia aditus aperitur.

## DE ELECTIONE.

## TITULUS XI.

## S. I. De notatione nominis.

**E**lectionis nomen vi quidem suâ denotat delectum rei alicujus vel personæ ex duabus vel pluribus, c. In alternatis, De R. l. lib. 6, c. seq. Ext. De elect. c. Cum speciali 61, Ext. De appell. l. Plurimumq; 10, d. De jure dot. l. Si quis stipulatus 112. De verb. oblig. Verum nos in præsentibus argumento Electionem ad personas dirigemus, quatenus quis ad certam Ecclesiæ functionem seligitur, ut passim toto tit. Ext. c. in 6, De elect. c. in Clem. eod. tit. quod quandoque fit à Collegio, quandoque à personis singularibus, ut hic & sequentes tituli declarabunt.

## §. 2. De forma eligendi Episcopum.

Ac in primis à Collegio sive Capitulo eligitur Episcopus, non qualicumque modo, sed servatâ formâ ab Innocentio III. in Concilio generali Lateranensi editâ, quam hic integram subjiciam.

Quia propter diversas electionum formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent Ecclesiis viduatis; Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi; nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto: ut is collatione habita eligatur, in quem omnes vel major & sanior pars Capituli consentit; vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatae provideant de Pastore. Aliter electio facta non valeat: nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Qui verò contra præscriptas formas eligere attentaverint, eligendi ea vice potestate

priventur. Text. est in c. Quia propter 41, Ext. De elect.

Triplex itaque eligendi modus hac Constitutione Innocentianâ præscribitur; unus per scrutinium, alter per compromissum, & tertius per quasi inspirationem divinam. Quibus & quartus rectè adjici poterit, qui mixtus est ex scrutinio & compromisso, ut inf. eodem §. interdum 13, quamvis hic sub prioribus quodammodò contineatur. Sed rem paululum illustremus.

## §. 3. Explicatio forma superioris.

Quod ad illa verba attinet Innocentianæ Constitutionis præsentibus omnibus, qui debent, hanc significationem habent, quod ad electionem instituendam, non solum ipsum Collegium (de cujus Prælatu surrogando agitur, & ad quod jure Decretalium electio pertinet) c. 3, circa fin. Ext. De causa possess. c. prop. c. 1, c. Cum terra 13, Ext. h. tit. (Aliter enim jure antiquo, dist. 60, 61, 62, 63, passim per tot. Adde ne quidem in Italia hoc jus posterius observari; in Germania verò in usu est) simul conveniat, sed & illi adseiscantur, qui vel ex conventionione, cap. scriptum 40, Ext. h. tit. vel ex præscriptione jus eligendi sibi adquisiverunt, vel saltem in ejus quasi possessione sunt, c. 8, Ext. De causa possess.

## §. 4. Laici eligere non possunt, &amp; qui ex Clericis.

Exceptis tamen laicis, quibus eligendi potestas permitti non potest, ne quidem ex consuetudine, c. Messana 56, c. Sacrosancta 51, Ext. h. tit. item Clericis suspensis, c. Cum dilectus 8, Ext. De consuet. c. Cum sinter 16, Ext. h. tit. excommunicatis, c. fin. Ext. De cler. excom. juncto c. penult. Ext. de sent. excom. irregularibus, de quibus in c. Is qui 18, Ext. de sent. excom. lib. 6, etiamsi ejusdem collegii sint, jam distinctis juribus.

## §. 5. Absentes quando ad electionem vocandi.

In absentium vocatione eo jure utimur, ut &

liii

li,

hi, si commodè fieri potest, ad electionem vocentur, *c. Quod sicut* 18, *c. Coram* 3, *cum seq. c. Cum inter* 18, *junctio. Quia propter* 42, *in verbo, commode, ext. De elect. alio qui si quispiam ex iis, qui electioni interesse debent, præteritus fuerit, ob sui contemptum agere, & infirmare poterit electionem: nisi malit electioni accedere, d. c. Quod sicut in fine princ. arg. c. 1, ext. De his quas sunt à prel. c. 3, *c. De rei vind. vel consuetudo loci dicitur absentes non vocandos esse; qua specie impune absentes negligenter. Panor ad d. c. Coram per tex in c. Cum in ecclesiis* 31, *De præb. lib. 6. facit c. Cum in Genesi* 55, *Ext. h. tit.**

§. 6. An absens impediri possit eligere.

Sed quæstionis est, si quis legitimè impeditus electioni interesse nequit, anne per literas suffragium suum conferre possit? Minimè; quippe in electione secretè & sigillatim omnium vota exprimenda sunt, *c. Si quis iusto* 46, §. *absens h. tit in c. d. c. Quia propter, in verbis, qui secretè & sigillatim*, Sed an per procuratorem utique, dummodò hic ex Collegis assumatur, *d. c. Quia propter illud*; & si plures procuratores ex Collegis constituantur, non aliter admittuntur, quàm si singuli in solidum constituti sint, quorum & occupantis melior conditio erit, *d. c. Si quis iusto, in princ. d. §. absens*, Veramen procurator eundem, non diversos, suo procuratorio nomine in scrutinio nominet; alioquin nihil agit, *d. c. Si quis iusto* §. porro, nisi forte certa persona eligenda mandato suo comprehensa esset, à qua procurator, licet suo nomine dissentire possit, non tamen procuratorio, *d. §. porro*; cum mandati fines diligenter custodiendi sint, *h. Diligentior* §. *D. Mandati* *c. Cum dilecta* 22, *Ext. De rescript. Receptum tamen est, Collegis hoc mandatum detestantibus, extraneum procuratorem constitui posse, sed permittente Capitulo, d. §. absens.*

§. 7. In vitis electioni interesse nemo cogitur.

Nemo verò in vitis electioni interesse cogitur, *d. c. Quia propter, in verbo, volunt. c. Quod si, ut* 28, *Ext. h. tit. addo Panor ad d. c. Quia propter num. 4, c. 5.*

§. 8. Ordo scrutini in electione.

Hic igitur ordo scrutini est; ut tres seligantur de Collegio si de digni, qui presentium vota secretè, & sigillatim diligenter excipiant, ea que certa pura, nulla adjecta conditione vel alteratione, *c. 2, eod. lib. 6. juncto d. c. Quia propter: de in-*

de in scripturam facta, statim in communipublicent, *d. c. Quia propter*, Quà publicatione facta, nullius suffragii mutatio admittitur, *c. antepen. eod. sed ex suffragiorum collatione, is unus eligitur, in quem omnes vel major & sanior pars conferat, d. c. Quia propter, d. c. antepen. c. Ecclesia vestra* 28, *c. In Genesi* 56, *eod. Bistque hæc electio per unum aliquem vice omnium pronuntianda; ut eo significetur, electionem unicam & communiæ esse, c. Sicut* 21, *eod. in c. 4, De sent. & re jud. in d. Forma pronuntiandi hæc esse potest per eum cui Capitulum commiserit: Ego talem nomine meo, & Capituli eligo, ut in casu d. c. 4, Unde & idem pronuntiandi modus in electione, per compromissum observatur, *d. c. Sicut* c. d. c. 4, Forma in compromisso hæc esse possit: Ego compromissarius talem eligo, *Vide latius Glos. ad d. c. 4.**

§. 9. Explicatio de majore & saniore parte Capituli.

Porro quæ in eadem Constitutione sequuntur, in quem major & sanior pars Capituli consensit, conjunctim accipienda sunt. Neque enim satis est, majorem numerum suffragantium in eadem personam concurrisse, si sanior absit. Ut verbigratiâ, si duodecim Canonici in Titium eligendum convenerint, novem in Sempronium, qui tamen sint sanioris judicii; certe veritas electio subsistet, quòd in utroque alterum desideretur, *c. Ecclesia vestra* 57, *Ext. eod. præterquam si numerus eligentium alterius partis alteram in duplum excesserit; quo sanè casu nulla ratio habebitur alterius partis, licet sanioris: tamen si huic saluum jus maneat impugnandi aliorum vota ex alio capite, quòd vel excommunicati, vel suspensi, vel irregulares alterum elegerint, *c. §. quando* 9, *eod. in c. juncto §. ex epist. 2, sup. eod.**

§. 10. De electione per compromissum.

Cæterum in electione per compromissum etiam Constit. Innocentiana, *in d. c. Quia propter* 42, *Ext. De elect. aliquorum meminerit; nihilominus satis erit, vel in unum compromissum esse, c. Si compromissarius* 37, *c. Sicut* 23, *eod. in c. 6, c. Casum* 8, *Ext. eod. Glos. & Imola ad d. c. Quia propter n. 9, Quod & interdum expeditius est, propter naturalem hominum ad dissentendum facilitatem, *h. Item si unus* 37, §. *principaliter D. De recep. arbit. Cujus ratio pendet ex hac juris regula: Qui facit per alium, perinde est ac si faciat per seipsum, c. Qui facit* 72, *De Res. in c.**

## §. 11. In compromisso omnium consensum requiri.

In compromittendo autem omnium consensus exigitur. Licet enim regulariter in Collegii negotiis explicandis sufficiat consensus majoris partis Collegii, *c. 13, c. fin Ext. De his que sunt à Prælatu* attamen in hoc compromisso unius etiam dissentius compromissum impedit, *Probat ex communi sententia Panorm. ad d. c. Quia propter, in verb. vel saltem nu. 2, Et ratio est quia compromissum est voluntarium; ergo ab omnibus recipi debet, c. Quod omnes d. R. l. iib. 6.*

## §. 12. Item in electione per quasi inspirationem.

Item in Electione per quasi inspirationem, quæ & omnium concursus requirit, *per tex. in d. c. Quia propter in fine princ.*

## §. 13. De concursu compromissi cum scrutinio.

Interdum compromissum simul concurrens cum scrutinio, & permixtum exerceatur: pura, si ita compromissum sit, ut compromissarii, sive unus sive plures, secreto & sigillatim singulorum vota exquirant; illum que eligant, in quem major & sanior pars Capituli consenserit, *c. Cum expediat 26, h. in lib 6, iuncto c. Cum dilectus 32, Ext. eod. Vnde quæ in scrutinio observata necessaria sunt, eadem & hac specie adhibenda erunt, c. Si cui 23, eod. in 6.*

## §. 14. De electione aliorum Prælatorum.

Et hæc de Episcopi electione. De aliis Prælati inferioribus passim controvertitur, An hæc eadem eligendi forma ab Innocentio præscripta aliis observari debeat. Quod quidam existimant, apud Hostien. in *Summa hujus tit. nu. 19*, sed minus rectè, cum id jure cautum non sit, præterquam in Prælati Ecclesiarum regularium, ad quos eadem forma rectè producit, ex sententia ejusdem Innocentii III, *in d. c. Quia propter in V, Ecclesia viduata, iuncto c. No pro defectu 41, Ext. eod. c. Indemnitatebus §. sano cum §. segg eod. in lib. 6.* Verùm sacra Tridentina Synodus hanc disputationem nobis sustulit, dum his verbis decernit: In electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum, quod omnia rectè & sine ulla fraude fiant; in primis sancta Synodus distinctè præcipit, omnes supra dictos eligi debe-

re per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur; nec in posterum liceat Provinciales aut Abbates, Priores aut alios quoscumque Titulares, ad effectum electionis faciendæ, constituere, aut voces & suffragia absentium supplere. Si verò contra hujus Decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit, & is, qui ad hunc effectum se in Provinciale, Abbatem, aut Priorem creare permiserit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis existat, facultatesque super his concessæ eo ipso abrogatæ censentur, & si in posterum aliæ concedantur, tamquam subreptitiæ habeantur, *sess. 25, c. 6, de Regularib.*

## §. 15. De electione Summi Pontificis.

Singulari verò jure receptum est in S. Pontificis electione, quæ à collegio Cardinalium fit, ut ad eam Cardinales absentes non vocentur, sed tantum expectentur ad decem dies; neque hic major & sanior pars eligentium spectatur, sed quæ consensu duarum partium facta est, aliaque specialia huic electioni insunt; quæ hic repetere longum esset, sed ex suis locis petenda sunt, *cap. Licet 6, Ext. hoc tit. cap. Vbi periculum 3, eod. in 6, Vide & can. 1, cum seqq. distinct. 79, can. Consuetudo distinct. 63.*

## §. 16. De Episcopis auctoritate S. Pontificis assumptis.

Neque dubium est, quos S. Pontifex pro suprema in omnes Ecclesias potestate, Episcopos, omisâ electione Collegii sive Capituli, assumit (ut passim in Italia) eos veros esse Episcopos, *Conc. Trid. Sess. 23, can. 8, de Sacram. Ordinis, regula 2, Cancell. iuncto cap. 2, de præben. lib. 6.*

## §. 17. Quis rectè eligatur in Episcopum.

Jam quod attinet ad personas eligendorum; in Episcopum nemo eligitur, nisi qui legitime natus, trigessimam ætatis suæ annum excesserit, sitque probatæ vitæ & scientiæ, *cap. Cum in cunctis 7, Ext. De elect. Concil. Trident. Sess. 7, c. p. 1, de reform. & ut minimum in subdiacono natus ordine sex mensium spatio constitutus, Concil. Trid. d. cap. 2.*

## §. 18. Quis in Decanum, Archidiaconum, &amp;c.

Ad alia inferiora ministeria, utpote ad Decanatum, Archidiaconatum, cæteraque, quæ

curam animarum annexam habent, nemo assumitur, nisi qui vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & à scientia ac moribus commendetur. Assumptus verò eum Ordinem, quem ministerium requirit, (nisi eo antè insignitus sit) intra tempus à Canonibus præfixam suscipere tenetur, sub pœna privationis officii, si monitus non paruerit, *d. cap. Cùm in cunctis §. inferiora, adde Concil. Trid. Sess. 22, cap. 12, de reform. & Sess. 7, cap. 15, Sess. 22, cap. 4, Ad cæteras autem dignitates vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, Clerici, atque idonei & XXII. annis non minores, rectè admittuntur, Concil. Trid. d. cap. 12, §. ad cæteras, adde cap. unic. De atate & qualitat. in 6, ubi permittitur Episcopo dispensare cum maiore 20, annis in dignitatibus & personatibus non curatis.*

§. 19. *Qua in Abbatissam & Priorissam eligi possit.*

In Abbatissam aut Priorissam (ubi Monasterium per Priorissam gubernatur) nulla eligitur,

nisi trigessimum annum compleverit, & expressè professæ sit ordinem regularem, ex Constitutione Bonifacii VIII. in c. Indemnitatibus 4, in princ. De elect. lib. 6, Aliter verò ex præscripto Concilii Tridentini, cuius hæc verba sunt: Abbatissa & Priorissa, & quocumque alio nomine præfecta vel præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quòd si his qualitatibus non reperiat in eodem monasterio, ex alio ejusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommo- dum Superiori, qui electioni præest, videatur, ex his, quæ in eodem monasterio annum trigessimum exceleserint, & quinquæ saltem annis post professionem rectè vixerint, Episcopo vel alio Superiore confectente, eligatur, Sess. 25, c. 7, de regularib. In Abbate retinemus quod proximo §. dictum est. Glossa ad d. c. Indemnitatibus, in V. trigessimum, Panorm. ad d. §. inferiora.

## DE POSTVLATIONE.

### TITULUS XII.

§. 1. *Postulatio quare introducta, & qui rectè postulantur.*

**P**ostulatio in subsidium electionis introducta est, ut scilicet is, qui per Canones eligi prohibetur, saltem postulationis subsidio juretur, per hanc eam à Superiore petitur gratia impedimenti Canonici remittendi, quod eligendo obstat, c. 3, c. penult. Ext. De postulat. Pralat. Veluti si de laico in Episcopum assumendo agatur, c. Osius & §. è contra dist. 61, vel de eo, qui illegitimè natus, c. Innocentius 2, Ext. de elect. aut ætate minor est, c. unico hoc tit. in extravag. communib. Hi enim, cum eligi prohibeantur, postulationis ope sublevandi sunt, c. Cùm in cunctis 7, Ext. De elect. §. iam quod 17, sup. tit. prox. dum tamen is, qui ætate minor est, XXVII. annum attigerit, ex Constitutione Joannis XXII. quæ à illi, qui ordinis Mendicantium sunt, ad Ecclesias inferiores Cathedralibus, & ad monasteria extra suos Ordines postulari prohibentur: adjectâ clausulâ irritante, aliisque pœnis in transgressores, d. c. unico hoc tit.

§. 2. *Episcopus unus loci ad aliam postulari, non eligi potest.*

Similiter Episcopus, cum Ecclesiæ suæ spiritali matrimonio alligatus sit, c. 2, & c. 3, Ext. De translac. Episcop. ad alium Episcopatum non eligi,

sed postulari debet, c. 4, c. fin. Ext. hoc tit. Idem obd. servandum est & in cæteris impedimentis Canonici; dum modò eorum dispensatio neque difficilis, neque dura Ecclesiæ futura sit. Panorm. ad c. fin. n. 8, circa fin. Ext. De postulat. Pralat. ubi eleganter distinguit.

§. 3. *Cautio circa postulationem.*

Cavendum verò in postulatione est, ne is, qui postulandus est, eligatur, seu postuletur, hujus verbi, *postulo*, mentione factâ, d. c. fin. Licet enim jure antiquo promiscuus usus esset verborum, Postulationis & Electionis, §. his omnibus dist. 61, can. Literas dist. 63, hodie tamen à se invicem plane distincta sunt, d. c. fin. ad eò ut ne quidem hæc formula admittantur, *Eligo postulandum*, vel, *Postulo eligendum*: cum nec vera electio, nec vera postulatione resulter ex ipsis, quin sibi potius invicem advertentur; aut *Eligo in postulandum*, vel *Postulo in eligendum*; cum rem imperfe ctam significare volentur. Item *Eligo & Postulo* prout potest melius de jure 22, valere (cum incertitudinem contineant, ceter. est in cap. unico De postulat. lib. 6,) nisi postremâ hæc specie probabiliter dubitaretur, utrum quis eligendus,

us, an postulandus esset. Quo casu postulator aut electus consensus tempore (quod menstruum est post praesentationem sibi factam, cap. Quam sit 6, de elect. lib. 6.) viam electionis vel postulationis (ne in incerto vagetur) eligere necessario tenetur, & unâ electâ ad alteram regressum non habet, d. c. unico.

§ 4, de votis postulantium.

Sed de suffragiis postulantium videamus. Et enim, si omnium vota in unum eundemque conveniunt; dubium non est, quin postulator legiri-

mè celebrata sit, cap. 3, & 4, in fine Ext. eod. cap. Cupientes 16, §. fin. de elect. lib. 6, idem, si pro majore parte postulantium, Godfredus, quem sequitur Panorm. ad d. cap. 3, n. 12, & probatur per text. in l. Quod major 19, D. Ad municip. in cap. 1, in fine Ext. De his que fiunt à Prelat. At si concurrat postulatione cum electione, hinc necesse est, numerus postulantium duplo major sit eligentium; alioqui electio praefertur, c. Scriptum 40, Ext. De elect. & ibi laudè Panorm. & Imola. Et ratio est, quia postulatio gratiâ nicitur, electio jure, quod expugnatum difficilius est.

## DE CONFIRMATIONE.

## TITULUS XIII.

## §. 1. Electus confirmari debet.

**P**raelectâ electione, non statim electus administrandæ Ecclesiæ suæ jus habet, sed necesse est, prius confirmetur à superiore suo, cap. Nihil 44, Ext. De elect. Abbas enim, alique inferiores, à suo Episcopo, cap. Cum monasterium 13, Ext. De elect. Episcopus à suo Archiepiscopo, cap. Dilectus 33, eod. cap. 2, Ext. De translat. Episc. can. fin. dist. 64, Archiepiscopus à suo Patriarcha, & hic consequenter à S. Pontifice confirmandi sunt, nisi ex his quispiam Romanæ Sedi immediatè subjectus sit: aut S. Pontifex singulari jure sibi reservaverit confirmationem, veluti in Episcopis Germaniæ vigore Concordatorum. Panorm. ad cap. Cum Ecclesia 31, n. 8, Ext. De elect. per cap. Antiquam De privileg. Hostiens. in Summa hoc tit. num. 27, Confer & Pontificale Rom. & qua ad calcem hujus Summa invenies. Nam his casibus confirmatio petenda erit à Sede Apostolica, d. cap. Nihil §. ceterum cap. Cum venerabilis 7, Ext. de consuet.

§. 2, De necessitate confirmationis.

Quæ usque ad eò obtineant, ut, si electus, omniâ confirmatione, quovis etiam titulo aut prætextu administrationi Ecclesiæ suæ se ingesserit, jus ex electione sibi quaesitum ipso facto amittat, cap. Avaritia De elect. lib. 6, d. cap. Nihil 44, circa princ. cap. Qualiter 7, Ext. De elect. His tamen exceptis, qui extra Italiam in concordia electi, à S. Pontifice confirmandi sunt; quibus ex concessione Concilii Lateranensis, propter necessitatem Ecclesiarum & utilitatem, potestas facta

est etiam ante confirmationem administrandam spiritualia quàm temporalia Ecclesiæ suæ; dummodò ex rebus Ecclesiasticis nihil profus alienent, d. cap. Nihil 44, §. ceterum eod. Idque à Bonifacio VII. & ad Abbatissas certo modo projectum est, in cap. Indemnitatib. 43, §. si verè §. ceterum eod. in 6.

§. 3, Ordo petendæ confirmationis.

Ceterum petendæ confirmationis ordo hic à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi præscriptus est, ut electores, quamprimum commodè possunt, electi assensum habeant, quem electus intra mensem à tempore insinuatæ electionis accommodare, & deinde intra tres alios menses subsequentes, confirmationem petere tenetur, sub pœna privationis juris per electionem sibi adquisiti, nisi justa causa electi moram excuset, c. Quam sit 6, de elect. lib. 6, Verùm postea Nicolaus III hoc trimestre tempus immutavit in electis ad Cathedrales vel Regulares Ecclesias, quorum confirmatio ad Summum Pontificem spectat, vel interjectâ appellatione devolvitur; ut infra unum mensem post consensum vel notitiam electionis, ipsi met ad Sedem Apostolicam iter arripiant, & ad conficiendum tantum temporis sumant, quantum necesse erit pro locorum intervallo. Pleraque alia adjecit, quæ ex ipso contextu Decretalis rectius petuntur, c. Cupientes 16, De elect. lib. 6, juncto c. Si postquam 33, eod. lib. 6.

§. 4. *Confirmanti quid incumbat.*

Illud verò confirmanti cavendum est, ne præceps sit in confirmando, sed personam electi & actum electionis diligenter exploret; & si ritè omnia confecta viderit, tunc confirmationis munus electo impendat, *d. cap. Nihil, cap. Cum nobis 19, cap. Venerabilem 14, Ext. de elect. Uode si electus coelectum, aut alium electionis suæ adversa-*

tium habeat, is ante confirmationem omninò citandus erit: aliàs generale & peremptorium edictum in Ecclesia, in qua electio celebrata est, proponendum, quo contradictores, si quis sint, moneantur & evocentur; cùm prætermissa hac observatione, confirmatio nullius momenti sit, *cap. fin. De elect. lib. 6.*

DE CONSECRATIONE EPISCOPI, ET VSV PALLII,  
TITULUS XIV.§. I. *Episcopi consecratione matrimonium spirituale perficitur.*

**E**lecto Episcopo & confirmato, restat postremò consecratio, quâ matrimonium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam suam, electione inchoatum & confirmatione contractum, consecratione tandem perficitur, *c. 1, c. 4, Ext. De translat. Episc.*

§. 2. *Consecratio intra quod tempus adhibenda.*

Quæ post confirmationem ultra tres menses protrahi non debet, nisi extrema necessitas cogat, tempus consecrationis prorogari, *can. Quoniam dist. 75, can. 1, dist. 100, vide Glos. penult. ad c. Si electio 26, De elect. in 6, quam commendat Panor. ad c. Cum in cunctis 7, §. cum verò n. 5, Ext. de elect. ut & Concilii Tridentini decreto plenius continetur, Sess. 23, c. 2, de reform.*

§. 3. *Consecratio à quo & quâ formâ explicanda.*

Consecratur verò Episcopus à tribus, ut minimum, ejusdem provincie Episcopis, jussu Metropolitani, cæteris que Episcopis absentibus assensum suum accommodantibus: quamvis melius foret, si ipse Archiepiscopus unâ cum Suffraganeis suis hoc munus consecrationis obiret, *c. Si Archiepiscopus cum c. seqq. Ext. de temp. ord. can. 19 2, 3, 4, dist. 64, At Archiepiscopus ab omnibus Suffraganeis suis consecrandus est, d. c. Si Archiepiscopus, can. 6, dist. 64, can. Metropolitanum dist. 63, adde Henr. Boich. ad c. Nec episcopi d. tit. De temporib. ord. Quâ autem formâ hæc consecratio peragi debeat, supra recensuimus, §. clericis sup. De ordin. & grad. clericor.*

§. 4. *Post consecrationem beneficia consecrati vacare.*

Ubi meminisse oportet, consecratione Episcopiperactâ, aut elapso termino consecrationi

præstituto, omnia beneficia Ecclesiastica, si quæ habet Episcopus, ipso jure vacare; & ab eo, ad quem spectant, liberè conferri posse, *c. Cum in cunctis 7, §. cum verò & ibi Panor. n. 3, Ext. De elect. c. Cum nostris 6, circa fin. Ext. De concess. præb. Neque enim antè vacant, cùm consecratio Episcopi ex causa rejici possit à superiore, cap. Super his 16, Ext. De accusat. juncto can. 2, dist. 23, & can. 1, dist. 75, Glos. ad d. Cum verò.*

§. 5. *De Pallio.*

Illud præter consecrationem singulare est in Archiepiscopo, quòd huic Pallium veluti dignitatis suæ insigne communicetur à suo Patriarcha, vel à S. Pontifice, *c. Antiqua 23, Ext. De privil. dist. 100, portor. Hostiens. in Summa de auctorit. & usu Pallii, Nam sine eo, nec Archiepiscopi nomen sibi rectè vindicat, c. 2, Ext. De auct. & usu Pallii, nec ea, quæ Ordinis sunt Episcopalis, rectè exequitur, c. Quod sicut 28, §. penult. in in fine Ext. De elect.*

§. 6. *Quando utendum Pallio.*

Non tamen eo Pallio semper & ubique uti poterit Archiepiscopus, sed certis dumtaxat diebus, & in Ecclesiis Provincie suæ, *c. 1, c. 4, c. 1, 6, & 7, Ext. d. tit. De auct. & usu Pallii, Recensentur autem dies in Glossa ad d. c. 4.*

§. 7. *Episcopo interdum Pallium concedi.*

Interdum & Episcopo Pallium conceditur verum id extra ordinem, singulari S. Pontificis beneficio, *c. Cum in juventute 15, Ext. De presump.*

## DE TRANSLATIONE EPISCOPI, ET DE RENUNTIATIONE.

## TITULUS XV.

**T**ametſi Episcopus Eccleſiæ ſuæ ſpiritu-  
ali conjugio alligatus ſit, c. 2, c. 3, ext. *De trans-  
lat. episc.* nihilominus apud SS. Canones  
obtinuit, ut ſuadente neceſſitate vel utilitate  
Episcopus ad aliam Eccleſiam tranſire, vel E-  
piscopato ſuo ſe abdicare poſſit, *can. Mutationes*  
*34. cum c. ſeq. v. 11. q. 3. c. Nifi 10. ext. De renuntiat* ve-  
rum utroque caſu S. Pontificis auctoritate opus  
eſt, ad quem ſpectat hujus matrimonii diſſolu-  
tio, jam dictis jurib.

§. 1. De poena in episcopos tranſeuntes ſponte ſua ad  
alium episcopatum.

In tranſeuntem ſponte ſua hoc reſcriptum pœ-  
nole extat Leonis Papæ ad Anaſtaſium Episco-  
pum Theſſalonienſem, in hæc verba: Si quis E-  
piscopus, mediocritate civitatis ſuæ deſpectâ,  
, admiſtationem celebrioris loci ambierit,  
, & ad majorem plebem ſe quacumque ratione  
, tranſtulerit, non ſolum à cathedra quidem  
, pellatur aliena, ſed carebit & propriâ; ut nec  
, illis præſideat, quos per avaritiam concupivit  
, nec illis, quos per ſuperbiam ſprevit, *rex. eſt in*  
*can. Si quis episcopatus v. 11. q. 1. Quâ reſcripti pœnâ*  
animadverſum eſt ab Innocentio II. in Episco-  
pum Hiſpanienſem, *rex in c. 3. ext. De tranſlat.*  
*Episc.* Adeo que alieni Episcopatus affectio odi-  
oſa eſt SS. Canonibus, ut ne quidem Archiepi-  
ſcopus auctoritate Patriarchæ, ne dicam privarâ,  
ad inferiorem Episcopatum poſſit deſcendere, c.  
, *ext. De tranſlat. episc. a.*

## §. 2. Episcopus ex quibus cauſis poſſit renuntiare,

Solet autem Episcopo abdicariſe Episcopa-  
tu ex his cauſis: annuere S. Pontifex, vel pro-  
pter nimiam corporis imbecillitatem, vel pro-  
pter confeſſionem admiſſi delicti, quod execu-  
tionem officii, etiam peractâ pœnitentiâ, impedi-  
dit, ut ſunt homicidium & ſimonia: vel propter  
defectum ſcientiæ neceſſariâ; vel propter per-  
verſitatem ſubditorum; vel propter grave ſcanda-  
lum: vel propter irregularitatem, veluti biga-  
miam, d. c. Nifi 10. *ext. De renunt. junctis iis, qua ibid.*  
*Dd. tradunt.* vel denique propter mortis metum  
imminentis, c. *Ad ſupplicationem 9. ext. De renunt.*

## §. 3. De Abbatibus &amp; Clericis renuntiantibus.

In Abbatibus, aliisque Clericis, id juris eſt,  
quod nec hi dignitatibus vel beneficiis ſuis re-  
nuntiare poſſint, inconſulto Episcopo ſuo, *can.*  
*Abbas pro humilitione xvii. q. 2. c. 4. c. ſe. fin. ext. De*  
*renunt. juncto can. ſin. xvi. q. 8. niſi forte aliud privi-*  
*legio, aut conſuetudine loci receptum ſit; qui-*  
*bus certum eſt. juribus Episcopalibus derogari*  
*poſſe. per tex. in c. Accedentib. 12. c. ibi Gloſſ. ext. De*  
*exceſſ. pralat. c. Auditis 15. c. Cum olim 18. ext. De*  
*praſcript.*

§. 4. Admiſſâ renuntiatione locus non eſt pœni-  
tentia.

Semel verò cedendi licentiâ impetratâ à Su-  
periore, etiam per procuratorem, nullus amplius  
pœnitentiæ locus eſt, c. *Quidam 11. ubi ratio*  
*redditur, ext. De renuntiat.* etiamſi procuratoris  
mandatum medio tempore revocatum fuerit;  
dummodò procurator, vel is, cui ceſſio inſinu-  
anda erat, revocationem ignoraverint, neque  
per fraudem ea ſuppreſſa fuerit, c. *unico de renunt.*  
*in Clem.*

## §. 5. De renuntiatione Summi Pontificis.

Cæterum de S. Pontifice aliquando hæſita-  
tum fuit, an is Pontificatus ſuo renuntiare poſſit?  
Sed obtinuit, poſſe, ex conſtitutione Cæleſtini  
V. in c. 1. *De renuntiat. lib. 6.*

## §. 6. Continuatio ad ſequentiâ.

His itaque præmiſſis, ad Clericorum officia,  
prout ſupra promiſimus, *De officiis Cleric. in primo.*  
*juncto §. ult. in fine,* digrediamur: quorum primum  
& maximum eſt Episcoporum, qui Ordinarii  
proprie vocantur.

## Notatio in tit. 15:

a *Licet tex. in d. c. 1. Ext. de tranſ. Episcop. nul-*  
*lius poena meminit; tamen ex ratione cuſdem textus con-*  
*ſtat, tranſlationem fuiſſe nullius momenti: aut certe Sum-*  
*mi Pontificem eam tacitè permiſſe, arg. c.*

Nonne, *ext. De præſumpt. & l. Cum*  
prætor D, *De judic.*

DE

DE OFFICIO ET POTESTATE ORDINARIUM.  
TITULUS XVI.

## §. I. Ordinarius quis hic intelligatur, &amp; quod ipsius officium.

**O**rdinarius intelligimus Episcopum, cuius officium latissimè patet: nam præter ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, puta ordinare Clericos consecrare Ecclesias & altaria, & id genus alia, de quibus in §. ad Episcopum cum §. seq. sup. De officio Clericorum. etiam jurisdictionem Ecclesiasticam in omnes diocesis suæ subditos exercet, atque aded in ipsos Principes seculares, c. Omnes 4, Ext. De major. & obed. c. Cum Episcopus 7, De officio ord. lib. 6, can. Duo cum 2, segg. dist. 96, Proinde jure suo Ecclesias & Monasteria diocesis suæ visitat, corrigit, reformat, c. Conquerente 16, Ext. De off. jud. ordin. can. Abbates pro, can. Monasteria can. Visitandis. Non semel xviii qu. 2, can. Omnes, cum can. seq. xvi qu. 7, De modo & scop. visitationis vide Concil. Trid. sess. 24, c. 3, de reform. & inf. §. quis autem, De censib. beneficia Ecclesiastica confert, c. Conquerente, 16, Ext. De off. jud. ord. d. can. Omnes cum cap. seq. xvi. quæst. 7, ad inf. tit. De concess. præb. ubi latius traditur. Item univ. & dividit, ubi evidens necessitas vel utilitas Ecclesiæ postulat, c. Expofuisti 13, Ext. De præb. c. Sicut 8, Ext. De exc. ff. Prælat. c. Vacante 16, Ext. De præb. Vide Conc. Trid. sess. 7, cap. 6, & 7, sess. 14, cap. 9, sess. 21, cap. 5, sess. 24, cap. 13, & 15, de reform. Sed in adulteros, aliosque facinorosos inquirit & animadvertit, juxta præscripta Canonum, implorato etiam, si opus sit, publico auxilio, c. 1, Ext. De off. jud. ordin. §. 2, Comminatio in Prælatos negligentes.

Hinc illa comminatio Innocentii III, in generali Concilio Lateranensi: Irrefragabili, inquit, constitutione sancimus, ut Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur, text. est in c. Irrefragabili 13, Ext. De off. jud. ord. Adde Conc. Trident. sess. 6, c. 3, de reform. Nec enim potest esse Pastoris excusatio, si lupus ovem comedit, & Pastor nescit, c. Quamvis Ext. De reg. juris.

§. 3, De excessibus Canonorum Cathedralis Ecclesiæ. Excessus tamen, inquit idem Innocent. Canoniceorum Cathedralis Ecclesiæ, qui consueverunt corrigi per Capitulum, per ipsum, in illis Ecclesiis (quæ talem hæcenus consuetudinem habuerunt) ad commotionem vel jussionem Episcopi corrigantur infra terminum competentem

ab eo præfigendum, alioqui ex tunc Episcopus Deum habens præ oculis, ipsos, (ut animarum cura requirit) per censuram Ecclesiasticam corrigere non postponat, d. cap. Irrefragabili §. excessus, idque jure decretalium. Hodie enim ex constitutionibus Concil. Trid. Capitula Cathedralium & aliarum Ecclesiarum, illorumque personarum, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis obstantibus, à suis Episcopis, & aliis majoribus Prælatibus per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolicâ, possunt, Conc. Trident. sess. 6, cap. 4, & sess. 14, cap. 4, de reform. ita tamen, ut cum extra visitationem proceditur, initio cujuslibet anni eligantur ex Capitulo duo, ex quorum consilio & assensu, Episcopus vel ejus Vicarius, processum instituat, & persequatur, idem Conc. sess. 25, cap. 6, de reform. prout plenius videre est jam indicatis locis.

## §. 4, Subditi ad quid episcopo teneantur.

Quare & subditorum partes erunt, Episcopo præstare & exhibere Canonicam obedientiam, reverentiam; item procuracionem ratione visitationis, censuram Ecclesiasticam, quartam decimationem & mortuariorum, Synodaticum sive Cathedraliticum, moderatum auxilium, d. cap. Conquerente, jungo tit. infra de censib. ubi hæc latius traduntur.

## §. 5, De Archiepiscopi potestate.

Hæc omnia non minus Archiepiscopo competunt in subditos suæ diocesis; non item in ceteros Provinciarum suarum subditos, in quos nihil juris habet Archiepiscopus, nisi quantum ipsi à sacris Canonibus permillum est, c. Pastoralis 11, text. de offic. jud. ord. can. Archiepiscopus cum 3, segg. 11, quibus & c. 1, in verb. cum id non invenitur, De supplen. neglig. prælat. in 6, ut est, visitare Provinciam suam, c. 1, & fin. De censib. lib. 6, sed causâ cognitâ & probatâ in Concilio Provinciali, Conc. Trid. sess. 24, c. 3, & ab Metropolit. de reform. quo casu & subditorum Suffraganeorum suorum confessiones audire, absolvere & pœnitentiam ipsis injungere potest, d. c. fin. in fine. Item appellacionem à sententia Suffraganei sui vel Officialis ejus, ipse rectè recipit, c. 3, in præm. De appellat. lib. 6, cap. 3, De consuet. ip. 61

in 6, Et licet à sententia excommunicationis à Suffraganeo lata, nulla provocatio detur; tamen rectè ad Archiepiscopum recurritur pro ea remittenda, servatà tamen iuris formà, in cap. Ad reprimendam 8, Ext. De off. iud. ord. cap. Qua fronte 2 5 Ext. De appellat. c. Per tuas 10, Ext. De sentent. excom. Vide si qua alia sint, qua competunt Archiepiscopo, in Gl. Et apud Panorm. ad d. c. Pastoralis 11, de off. iud. ord. Et Hostien. in Summa de off. ord. num. 3.

§. 6. De potestate Romani Pontificis.

Solus Romanus Pontifex hac prerogativà utitur, ut is omnia jura Episcopalia, non solum Romæ, sed & ubilibet locorum in omnes Ecclesias & Christianos exerceat, can. Patet can. Ipsi 1 x quest. 3, can. Qui se scit II quest. 6, cap. 2, De preben. lib. 6, si quidem Romana Ecclesia, ut dicitur inquit canon, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam po-

testatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, can. 2, dist. 2 1.

NOTATIO in Tit. 16.

a Ordinarius in omnia crimina Ecclesiasticorum sue Diocesis rectè inquirat, eaque vindicet, cap. Cum Episcopus 7, De off. ord. in 6, Præmissa tamen publica fama perpetrati criminis, quæ vicem accusatoris obtinet, c. Cum oportet 19, §. tertiz, cap. Equaliter, 24, §. debetigitur Ext. De accus. sicut latius dicitur in §. quam tamen inf. De accusat. In laicos non inquirat, nisi sit crimen Ecclesiasticum, vel merum, veluti heresis, simonia, concubinatus, adulterium quoad separationem tori, vel mixtum, id est, utriusque fori, tam Ecclesiastici quàm secularis; ut sunt, sacrilegium, blasphemia, sortilegium, divinatio, usura, de quibus apud Dd. ad cap. Cum non ab homine Ext. De iudic. Vt tamen & hic diffamatio precedat, prout antè dictum est de Clericis.

DE OFFICIO LEGATI.

TITULUS XVIII.

§. 1. Cur Legati introducti.

Quia verò Summus Pontifex pro cura sua Christianum gregem, singulis Ecclesiis adesse non potest, multa que pè se accidant, quæ ejus iudicium & auctoritatem desiderant, idcirco in Provincias interdum vel Legatos suos mittit, vel ibidem aliis mandat legationis officium, cap. 1, De consuet. in Extravag. commun.

§. 2. De triplici genere Legatorum.

Horum itaque Legatorum triplex genus est, cap. 1, hoc tit. in 6, Et cap. 6, Ext. eod. Aut enim sunt Legati Cardinales, qui cum de latere S. Pontificis sumantur, vocantur Legati de latere; aut sunt Legati missi, qui extra ordinem Cardinalium constituuntur; aut sunt Legati nati, qui legationis munus singulari privilegio S. Pontificis, suæ dignitati annexum habent; ita dicti, quòd quasi nati unà cum dignitate videantur: cujusmodi sunt in Anglia, Cantuariens, cap. 1, Ext. eod. in Germania, Salisburgensis, Archiepiscopi.

§. 3. Qua spectant ad officium Legatorum.

Itaque officium Legatorum est, ut in Provinciis sibi decretis, vice S. Pontificis noxia evellant & dissipent, salutaria inducant & promoveant, cap. 2, b. tit. in 6, d. cap. 1, De consuet. cap. Mandata 6,

Ext. De presump. & Provincialium causas veluti iudices ordinarii audiant & cognoscant, cap. 1, Ext. h. tit. juncto d. cap. 2, in verb. ordinarios reputantes. Nam & ad eos a Provincialibus rectè appellatur, d. c. 1, eod. Et ibi Panorm. vide Et Hostien. hic in Summa num. 3.

§. 4. Legati in quibus à se invicem distant.

Inter Legatos verò hoc discriminis est; quòd Legato de latere Provinciam suam ingrediente, suspendatur aliorum Legatorum, si qui in eadem Provincia sunt, officium, donec ipse rursus egrediatur, cap. Volentes 8, Ext. eod. Item quòd Legatus de latere possit absolvere quòvis excommunicatos propter injectionem manuum in Clericos, cap. Excommunicatos 9, eod. Et ibi Panorm. c. Ad eminentiam 20, Ext. de sent. excom. nec non beneficia vacantia conferre, etiam si spectent ad presentationem patroni Clerici, cap. 1, eod. in 6, cap. Dilatus 6, Ext. eod. Quæ non æquè permittuntur aliis Legatis, absque speciali mandato Summi Pontificis, jam dictis iuribus. a

§. 5. Exceptio in Legato de latere.

Prælaturis tamen Cathedralium, Regularium, & Collegiarum Ecclesiarum; item dignitati-

Kkkk

bus

bus Ecclesiarum Cathedralium majoribus, quæ per electionem conferuntur, abstinere oportet Legatum etiam de latere, *cap. penult. od in 6, sicut & à translatione Episcoporum, ab unione & divisione Episcopatum, c. 2, e. 4, eod. in 6.*

§. 6. Collatio beneficii Ecclesiastici per Legatum vel alium Ordinarium facta habenti aliud beneficium, an valeat.

Sanè si Legatus Sedis Apostolicæ illi conferat beneficium, qui aliud obtinet beneficium, nullâ ejus mentione factâ, nullius momenti est collatio, *c. fin. eod. in 6, cap. 2, De offic. ord. in Clem. cum & idem obtineat in collatione S. Pontificis, cap. Si motu proprio 23, De præben. lib. 6, licet diversam sit in aliis collatoribus inferioribus, d. cap. 2, in*

*Clem. vido inf. de consec. præb. §. illud cum seqq.*

§. 7. De causa specialiter mandata alteri, aut ad S. Pontificem remissa per Legatum.

Neque potest Legatus causam specialiter à S. Pontifice alteri demandatam ad suam notionem trahere, *c. 2, Ext. hoc tit. ubi & ratio redditur. neque etiam de ea cognoscere, quam remisit ad S. Pontificem; c. 5, Ext. eod. ubi & ratio.*

NOTATIO in Tit. 17.

a. Nisi quædam Legatis missis permissum sit, absolute subditos in Provincia, *cap. 9. & ibi laicus Panorm. Ext. eod. Ideoque in textu additum est, Non æquè.*

## DE OFFICIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

### TITULUS XVIII.

#### §. Iudices delegati qui?

Solent & interdum Summi Pontifices, alique Episcopi & Legati Sedis Apostolicæ, cum ordinariam jurisdictionem habeant, (Nam ordinarii omnes recte causas delegant, *l. Mores 5, D. De jurisdic. l. 1.*) causas ad forum suum spectantes aliis delegare, id est, demandare, qui vice suâ eas cognoscant vel dirimant: qui & idcirco delegati Iudices dicuntur, *1000 tit. Ext. & in 6, De off. & potest. iud. deleg. Quod autem Legati Sedis Apostolicæ ordinarii sint & causas delegare possint. probat text. in c. 2, De offic. legati in 6, juncto c. fin. Ext. hoc nostro tit. & c. unico eod. in Clement.*

#### §. 2. Causa simpliciter delegata quæ veniant.

Hic igitur, licet simpliciter causæ delegatio facta sit, possunt nihilominus & citare partes, & coercere contumaces, & recipere testes, aliaque perficere, quæ ad expeditionem causæ pertinent, cum & hæc tacitè delegatione contineantur, *cap. Præterea 5, cap. Prudentiam 21, §. penult. Ext. h. tit. Cui jurisdictionis, inquit eleganter I. C. Labolenus, data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictionis explicari non potest, l. 2, D. De jurisd. om. iud.*

#### §. 3. Omnes actus judiciales sigillatim vel conjunctim demandari possunt.

Non minus tamen rectè omnes actus judiciales expressè demandantur, siue conjunctim siue

sigillatim, *c. 7, De off. ord. in 6, c. 4, hoc tit. in 6. l. Super questionum 27, c. Pastoralis 28, §. 1, c. Cum te 8, Ext. eod. ad eod. & executio rei judicatæ, d. c. Pastoralis §. quia verò, cap. 5, Ext. De sent. & re jud. l. 6, & l. 8, C. De execut. rei jud. licet aliud iantere videatur Justiniani constitutio, Novell. 60, Vt defuncti seu funera §. illud, Auth. Adhac C. De iud. cuius mentio fit in d. cap. Super questionum §. intensionis.*

#### §. 4. An qua meri Imperii sunt delegari possint?

Hinc quæsitum est, An ea, quæ meri Imperii sunt, hoc est, quæ concernunt publicorum iudiciorum cognitionem vel coercionem, *l. 1, D. De off. eius & l. Solet 6, D. De offic. præcons. possint alteri delegari? Si jus Civile consulamus, negandum quidem videretur, per text. in l. 1, De off. eius in §. illud Novell. 128, de collationib. at aliud jure Canonico receptum est, quo permittitur Episcopis, alisque Prælati & Clericis, jurisdictionem temporalem habentibus, mandare laico criminum cognitionem & coercionem, ne si per se exercent, irregularitatis notam incurrant, *cap. fin. Na clerici vel monachi lib. 6.**

#### §. 5. Una vel etiam plures res, uni vel pluribus rectè delegantur.

Præterea non tantum una, sed & plures simul causæ, imò & universitas causarum, id est, omnis jurisdictionis à iudice Ordinario rectè demandatur

uni vel pluribus, *passim toto h. tit. nos. Ext. & in 6, & l. Solut 16, D. De iurisdic. c. Cum Episcopus 7, De offic. ord. in 6.*

§. 6. De variis formulis delegationis.

Ita tamen, ut in pluribus delegatis diligens formulæ delegationis habeatur ratio: si enim tribus v. g. simpliciter delegatio facta sit, omnes convenire necesse est; ac proinde si unus eorum rebus humanis exemptus, aut aliter absens fuerit, reliqui in eadem causa procedere non poterunt, *c. Causam matrimonii 16, Ext. eod. l. Vno ex tribus D. De re iudic. Sin adjecta hac clausulâ, Quod si omnes interesse non possint, alii nihilominus in causa procedant; duo præsentem demum procedent, si de impedimento tertii per certum nuntium, aut aliter legitime constiterit; neque intererit, hoc impedimentum juris, an facti sit. Juris, ut quia tertius ille vel servus, vel infamis, vel excommunicatus est, vel aliter à jure prohibetur: Facti, puta, quia mortuus, infirmus, aut aliâ necessitate præpeditus causæ adesse non potest, *c. Prudentiam 21, circa princ. Ext. eod. iuncto c. Suscitatus 13, De rescript. l. Cum prator 12, § non autem D. De iudic. vide & Hostien. in Summa huius tit. §. 3. Quod & eod. productum est, ut etiam is, qui non vult interesse, cum aliàs possit, eadem clausulâ contineatur; quod attinet ad consolidandam aliorum iurisdictionem, *d. c. Prudentiam §. adiciamus. Ubi verò formula delegationis hoc modo concepta est, ut omnes aut duo, vel unus eorum procedat, cuius delegatorum potestas facta intelligitur in solidum, ita ut inter eos præventioni locus sit; neque alii ulterius cœptæ ab alio causæ se immiscere possint: nisi is, qui prævenit, infirmitate aut alia iusta ex eausa impediatur, aut nolle eam prosequi, *c. Cum plures 8, eod. tit. lib. 6.****

§. 7. Differentia inter delegatos à Summo Pontifice, & ab alio Ordinario.

Mud discriminis est inter delegatos à S. Pontifice, & ab alio ordinario iudice, quod illi subdelegare possint sive extraneo, sive adjecto sibi delegato; cum hanc potestatem à jure habeant, *cap. Pastoralis 28, Ext. eod. l. A iudice 5, C. De iudic. Delegati verò ab alio Ordinario non item, l. Mandatum 5, D. De offic. eius cui mand. l. More 5, cum l. seq. D. De iurisdic. nisi cui universa iurisdictione mandata est. Quâ specie & hic subdelegare poterit, *l. Cum prator 12, §. ita quoque D. De iud. l. 1, §. 1, D. Quis & quo appell. Adde Glof. & Bart. ad d. l. More.**

§. 4. Delegati à S. Pontifice quibus casibus subdelegare non possunt.

Sed quid, si delegato Sedis Apostolicæ mandatum sit, ut personaliter ipse negotium exequatur? Adhuc subdelegationi locus erit. dummodò partes consentiant; præterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælaris, vel aliis ministris provideri, mandatum sit: cum in his omnibus casibus industria & fides personæ spectata & electa videatur, *c. fin. §. 1, Ext. hoc tit. c. Is cui 12, eod. in 6, Idem est, si mandatum sit nudum ministerium, puta, ut excommunicet, absolvat, dispense, aut simile quid; salvâ tamen hac in re Legatorum Sedis Apostolicæ auctoritate, *d. c. fin. §. fin. Res quoque graviores, quæ magis præsentiam delegati desiderant, per subdelegatum solum explicari non possunt, cap. 3, Ext. eod. Vide Decium ibid.**

§. 9. Altera differentia delegatorum S. Pontificis & aliorum.

Alterum discrimen est, quod Delegati S. Pontificis possint sententiam suam exequi intra annum, *cap. Quaranti 26, Ext. eod. vel etiam ordinario iudici eam exequendam demandare; qui & cogetur eam exequi, licet sciat injustam esse; nisi efficere possit apud delegatum, ut hoc onere liberetur, *cap. Pastoralis 28, §. quia verò eod. Secus est in delegatis ab ordinario, quorum officium cum lata sententia exspirat, executio in ipsum Ordinarium rejicitur, l. A Divo Pio 11, in princ. D. De re iud. c. 4, & ibi latius Ext. De foro compet.**

§. 10. Tertia differentia delegatorum.

Tertium discrimen est, quod et si ab Episcopo, Clericus etiam simplex, iudex dari possit, *cap. Cum Episcopus 7, De offic. ord. in 6, Glof. ad c. Statutum, in verb. Sedes Apostolica, De rescript. in 6, modò hic vigesimum annum peregerit, cap. Cum vigesimum 51, Ext. hoc tit. & nullo alio jure prohibeatur, de quo supra eod. in §. ita tamen 6, aliud tamen est in S. Pontifice & legato Sedis Apostolicæ, qui non aliis ex præscripto juris causas delegant, quàm Clericis in dignitate vel personatu constitutis, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, *cap. Statutum 11, De rescript. in 6, vel Prioribus Conventualibus, vel Episcoporum Officialibus principalibus, non foraneis, cap. 2, De rescript. in Clement. prout Bonifaciana constitutione latius continetur, in d. c. Statutum Cui tamen, ne fraus fiat propter malitiosam petentium suggestionem, aut error committatur ob locorum intervallum,**

prudenter additum est ex decreto Concilii Tridentini; ut in singulis Synodis Provincialibus aut Diocesanis, quatuor personæ, aut etiam plures conformes eidem constitutioni Bonifacianæ, & alioquin ad id idoneæ, designentur, quibus præter Ordinarios locorum, causæ Ecclesiasticæ ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes à Sede Apostolica, & ejus Legato demandari possint: ita ut si aliquem ex designatis interim mori contigerit, Ordinarius loci cum consilio Capituli in demortui locum alium substituat, usque ad futuram Provinciale, aut Diocesanam Synodum. Quæ designatione facta (quæ statim ab Episcopo transmittenda est ad S. Pontificem) aliorum judicium delegationes, si quæ factæ fuerint, ut subreptitiæ censentur, Conc. Trid. sess. 4. §. cap. 10, de reform.

§. 11. Delegatorum jurisdicção quibus modis expires.

Exspirat verò delegatorum jurisdicção variis modis; Aut sententia lata, sive finito negotio, c. Si literis 9, c. Venerabili 37, Ex. h. tit. l. iudex 55, D. De judic. juncto §. alterum 5, sup. eod. Ubi discrimen observa quoad executionem, inter delegatos S. Pontificis & aliorum: aut re integra morte delegantis, c. Gratum 20, c. Licet 30, Ext. eod. l. Et quia 6 D. De jurisdic. om. ind. vel delegati, c. Vno 41, Ext. eod. nisi sub nomine dignitatis delegatio facta sit, c. Quoniam Abbas 14, & ibi latius Dd. Ext. eod. aut revocatione mandati, l. Iudicium solvitur D. De judic. aut elapso termino ad decidendam causam præstituto; nisi hic terminus consensu partium prorogatus fuerit, c. 4, Ext. hoc tit. nostro. Item revocatur per posteriorem delegationem ab adversario impetratam, facta tamen mentione prioris delegationis, c. Caserum 3, Ext. De rescript. Vide latus Glof. & Dd. ad c. In literis.

§. 12. De delegatis à jure constitutis.

Atque hæc de Delegatis ab homine (ut ita lo-

quar) constitutis. Sunt enim & Delegati juris, hoc, qui à jure delegatam jurisdictionem habent, sicut Episcopi pluribus casibus, reservatis alioqui Sedi Apostolicæ, præsertim in Ecclesiis & monasteriis exempta, eorumque personis: quibus ipsi, auctoritate Canonum, tamquam Delegati Sedis Apostolicæ nonnumquam procedunt, absque ullo alio mandato: ut multis locis videre est in Decretalibus, & in decretis Concilii Trident. Vide tex. in c. Irrefragabili 1, §. ceterum Ext. De off. jud. ord. c. Ad abolendam 9, in fin. Ext. De hæret. unico De clerico a grot. in 6, & Concil. Trid. pluribus locis, Sess. 5, c. 2, de reform. Sess. 4, cap. 4, de reform. Sess. 21, cap. 6, & 8, de reform. Sess. 22, in decreto de observandis & evitandis in celeb. & c. 8, de reform. Sess. 24 c. 9, 10, cap. 11, & 14, de reform. Sess. 25, cap. 5, 8, & 9, de regularib. tum aliibi.

NOTATIO in Tit. 18.

a De Iustiniani constitutione, in §. illud Novell. 60, ut defuncti seu funera & c. & in Auth. Ad hæc C. De jud. variè sentiunt Interpretes, sicut videre est apud Salicetum ad d. Auth. Sed placet Barolo & Iosani ibid. Ultramontanorum sententia; quod dicti i. x. non de delegato loquantur sed de Assessoribus, ut per hos quidem processus causa expediri possit, verum non omnino absque iudice; cum coram eo lis contestanda, audienda causa non solum in medio, sed & in fine omnia, qua in iudicio agitata fuerunt; denique ab eodem sententia ferenda, & appellatio recipienda sit. Atque hæc interpretatio, quæ verior videtur, arripit quoque Panormitano, ad c. Super quæstionum num. 16, Ext. De off. & potest. jud. deleg.

b In his enim duobus, in cognitione scilicet & coercionem criminum publicorum, consistit merum imperium, l. 1, D. De offic. ejus & l. Soler 6, D. De off. Proconf. Nam quod attinet ad l. 3, ff. De jurisdic. ibi non tam desinitur merum imperium, quam allato exemplo declaratur: licet sint qui aliter sentiant.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

TITULUS XIX.

**A**rchidiaconus, Latine Princeps Diaconorum dicitur. His etenim imperat; nec non Archipresbyteris, aliisque Clericis, quorum Ecclesiarum curam & ipse agit, eaque, quæ corrigenda sunt, corrigit, nisi majoris sint

momenti, ut ad Episcopum referri debeant. Item examinat promovendos ad sacros Ordines & ad beneficia, quos & corporaliter instituit, c. Ad hæc & passim Ext. h. tit. can. 1, §. Archidiaconus & §. Archipresbyter dist. 25, can. Diaconi dist. 93, ut hinc merito

ritò oculus Episcopi appelletur, d. c. Ad hac vers. format. & ubi quales eligi debeant. Quatenus autem videntur in epistola, & Concil. Trident. Sess. 23, cap. 12, de reformat. & ubi quales eligi debeant. Quatenus autem videntur, vide infra tit. de consib. §. ult.

## DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

## TITULUS XX.

## §. 1. Archipresbyter quis dicatur.

**A**rchipresbyter, id est, Princeps sive primus Presbyterorum, à plerisque Decanus appellatur, c. Ad hac & Archipresbyteri Ext. De officio Archid. Hic ex decreto Concilii Tolentani super omnes Presbyteros in ordine Presbyterali positos, curam agitantium: hujus est assidue in Ecclesia stare, & in Episcopi sui absentia ad vicem ejus Missarum solemnia celebrare, & collectam dicere, aut cui ipse injunxerit, c. 2, Ext. De officio Archipresb. qua explicatus referentur in c. 2, & c. 3, Ext. eod.

§. 2. Archipresbyterorum duplex genus, & de officio utriusque.

Quæ quidem propria sunt Archipresbyteri Urbani, id est, in urbe constituti. De Rurali verò, sive ruri constituto, ita Synodus Ravennatensis: Ut singulæ, inquit, plebes Archipresbyterum habeant propter assiduam erga populum Dei curam, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat; verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, viram jugi circumspectione custodiat, & quæ unusquisque industriâ divinum opus exerceat, Episcopo suo renuntiet, tex. in c. fin. Ext. eod.

## DE OFFICIO PRIMICERII, SACRISTÆ ET CVSTODIS.

## TITULUS XXI.

## §. 1. Quæ spectant ad officium Primicerii.

**A**D Primicerii (qui & Cantor sive Præcentor dicitur, Hostiens. in Summa h. t.) curam pertinet, ut in docendo præsit Diaconis & aliis Ecclesie ministris, lectionesque distribuatur Diaconis ad nocturna Clericorum officia ex c. unico Ext. De officio Primicerii, ubi & latius.

## §. 2. Quæ ad Sacristam.

Sacristæ (qui & Thesaurarius dicitur) incumbit custodia sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, sive totius thesauri Ecclesiastici, nec non eorum, quæ ad luminaria pertinent, cap. 1, Ext. De officio Sacristæ.

## §. 3. Quæ ad Custodem.

Ad Custodem verò reliquarum rerum Ecclesie cura spectat; speciatim verò, ut Archidiaconi jussu ad Canonicas horas signa tintinnabulo-

rum det, item pallia & linteamina altaris seu cuncta utensilia Ecclesie indefinenter custodiat, lampades & laternam accendendo seu extinguendo pervigil existat, text. est in cap. 1, Ext. De officio Custod. nec non panem & vinum omni tempore præparatum ad Missam habeat, c. 2, eod.

## §. 4. Clausula ad hunc &amp; duos præcedentes Titulos.

Hic tamen meminisse oportet, eam, quæ de officio Archidiaconi, Archipresbyteri, aliorumque diximus, & si quæ similia sunt, in quibusdam Ecclesiis aliter quandoque observari: quod minime absurdum videri debet, cum locorum consuetudines, ubi rationabiles sunt, juri scripto derogare possint, cap. Dilecti 4, Ext. De arbitris, cap. 2, Ext. De consuet. l. fin. C. De emancipat. Adde quæ diximus de consuetud. supra tit. de juris non scripti partib.

## DE OFFICIO VICARII.

## TITVLVS XXII.

## §. 1. Vicarius quis dicatur.

**V**icarius dicitur, qui vicem alterius gerit; qualis quidem est & Archidiaconus, alique, de quibus proximè egimus *cap. 1.*, *Ext. De off. Archipresb.* sed cum hi nomen proprium & administrationem ex Canonum præscripto habeant, non solent appellari Vicarii: non enim eos solos Vicarios intelligimus, qui ab Episcopo, vel ejus auctoritate ab alio constituuntur, & recepto loquendi more, simpliciter Vicarii nominantur, de quibus agitur *Ext. Et in 6.*, *De off. Vicarii.* & in *cap. unico in Clement. eod.*

## §. 2. De triplici genere Vicariorum.

Atque horum quidam in spiritualibus, id est, ad obeunda spiritualia, *cap. 3.*, *vers. Episcopo autem De temp. ord. in 6.*, *c. 4.*, *Ext. De offic. jud. ord.* quidam in temporalibus; quidam in utrisque simul, constituantur, *cap. 2.*, *cap. 3.*, *h. tit. in 6.*, *c. 3.*, *De prabend. in 6.*

## §. 3. De Vicariis in Spiritualibus.

Vicarii in Spiritualibus rursus, aut destinantur ad divina ministeria peragenda, aut ad exercendam jurisdictionem rerum spiritualium.

## §. 4. De Vicariis ad divina ministeria.

Et enim receptum est apud sacros Canones, ut is, qui parochialem Ecclesiam suo beneficio annexam habet, substituere sibi possit & debeat Vicarium idoneum & perpetuum, idque auctoritate Episcopi, *cap. Extirpanda 30.* §. *quia verò Ext. De prabend. cap. Adhac 3.*, *Ext. hoc tit. juncto cap. Cum satis Ext. De off. Archid.* Idem constitutum est in Cathedralibus, Collegiatis, aliisque Ecclesiis & piis locis quibuscumque, quæ beneficia Ecclesiastica curata sibi perpetuò unita & annexa habent, ut videre est in *Conc. Trid. sess. 7.*, *cap. 7.*, *de reformat. Et sess. 15.*, *cap. 16.*, *de refor.* Quin & in ipsis parochis, aliisque curatum beneficium habentibus obtentum est, ut & hi, ubi & quousque cognita & probata causâ per Episcopum abfuturi sunt, Vicarium temporalem constituere possint, ab ipso Ordinario approbandum, *Conc. Trid. sess. 23.*, *c. 1.*, §. *eadem omnino de reformat. aut certè Ordinarius ipse*

constituet, *c. Peruenit 28.*, *Ext. De appellat. c. Cum eo 34.*, §. *porro De elect. in 6.* ita ut prædictis casibus merces aut sustentatio congrua Vicario assignetur, prout habent præd. juram.

## §. 5. De Vicariis quoad jurisdictionem rerum spiritualium &amp; temporalium.

Quæ autem concernunt jurisdictionem rerum spiritualium, veluti sunt, inquirere, punire, corrigere excessus subditorum, conferre beneficia & officia Ecclesiastica vel adimere, aliaque hujusmodi, ea ab Episcopo rectè à alteri committuntur, sed speciali mandato, *c. 2.*, *Et c. 3.*, *in fine hoc tit. in 6.* Quem licet vocare Vicarium in spiritualibus. At quæ temporalis jurisdictionis sunt, id est, fori contentiosi, ut sunt causæ matrimoniales, beneficiales, decimales, & id genus alia, etiam generaliter ab Episcopo alteri rectè demandantur, *d. c. 2.*, *c. Cum Episcopus. 7.*, *ibi, per se vel per alium, De offic. ord. in 6.*, ut tamen utroque casu cui mandatur jurisdictione, Ecclesiasticus sit, *c. 2.*, *Ext. De judic. Quem Vicarium distinctio nomine licet appellare Officiale; qui etsi mandatâ sibi ab Episcopo jurisdictione utatur, tamen ubi causam cognoscit, fingitur eadem cum Episcopo persona, idem utriusque adjutorium, *c. 2.*, *De consuetud. in 6.* Nec enim ab Officiali ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellatur, *d. c. 2.*, *De consuet. quamvis ab Archidiacono aliisque Prælati inferioribus rectè provocetur Episcopus, non Archiepiscopus: nisi aliud consuetudine loci receptum esset, c. Romana §. ab Archidiacono De appell. lib. 6.* Ubi autem Vicarius rerum spiritualium & temporalium jurisdictionem simul habet ex mandato Episcopi, hic meritò generalis Vicarius dicitur. Nihil enim prohibet talem constitui *ex l. Solet 16. cum l. seq. D. De jurisdic. om. iud.**

## NOTATIO in Tit. 22.

a Hæc accipienda sunt de Officiali principali, hoc est, qui constitutus est ab Episcopo in curia sua per commissiōem officii generaliter factam; non verò de Officiali, qui in certa parte dioceseos quandoque constituitur, qui idcirco foraneus, id est, extraneus appellatur; qui cum non habeat

*habent idem, sed diversum ab Episcopo consistorium, 2. & ibi Gloss. & Panormit. De rescript. in Clement. recte ab eo ad Episcopi consistorium provocatio fit, cap.*

## DE OFFICIO COADJUTORIS.

## TITULUS XXIII.

## §. 1. Coadjutor quis dicatur.

**C**oadjutor is dicitur, qui alteri in subsidium adiungitur, explendi officii causa: illeque interdum Episcopo datur, interdum aliis Clericis.

§. 2. *Quibus ex causis, & qua forma Episcopo & aliis Superioribus Coadjutor datur.*

Episcopo ex his causis, & hanc formam Coadjutor datur, ex Constitutione Bonifacii VIII quam hic integram adscribam: Pastoralis, inquit, officii debitum exequentes, declaramus atque statuimus, Coadjutorum Episcoporum & Superiorum Prælatorum dationem intelligendam esse de causis maioribus, & referendam ad Sedem Apostolicam, ac ab ea (consuetudine non obstante contrariâ) tantummodo postulandam. Verum ne hoc prætextu Ecclesiæ (existentes præcipue in remotis) dispendia patiantur: nos earum in hac parte indemnitatibus præcavere volentes, hac generali constitutione sancimus; ut Episcopus senio aut valetudine corporali gravatus, vel etiam alias adeò impeditus perpetuò, ut officium suum nequeat exercere, possit, de sui consilio & assensu Capituli, vel majoris partis ipsius, unum vel duos auctoritate Apostolicâ Coadjutores assumere ad dictum officium exequendum. Si verò Episcopus demens fuerit, & quid velit aut nolit exprimere nesciat, vel non possit, tunc ejus Capitulum, vel duo ipsius partes, eadem auctoritate unum vel duos Coadjutores assumat idoneos, qui ejus officium exequantur. Si autem Episcopus senio aut incurabili morbo gravatus, vel perpetuo impedimento detentus, ad sui executionem officii reddatur inutilis, & Coadjutorem assumere vel habere noluerit, licet à Capitulo requisitus, proprio se illius non indigere suffragio forsitan asserendo, tunc nihil per Capitulum innovetur, sed hoc casu & etiam proximo, idem Capitulum Episcopi & Ecclesiæ suæ conditionem & statum ac facti circumstantias universas, quam citò poterit, explicitè referat ad notitiam

dictæ Sedis, recepturi humiliter & efficaciter impleturi, quod super hoc per Sedem ipsam contigerit ordinari. Præsentî quoque adjicimus sanctioni, ut Coadjutores hujusmodi de proventibus Prælatorum, in quorum assumuntur auxilium, sumptus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet de bonis Ecclesiasticis Prælatorum ipsorum vel Ecclesiarum suarum quomolibet facienda penitus abstinentes, rationem non solum in districto examine, sed & Prælati iisdem (si sanæ mentis extiterint) ac Capitulis eorumdem seu etiam ipsorum Prælatorum successoribus (si hoc ante non fecerint) plenariam reddituri. Ceterum quod de Episcopis præmittitur, ad superiores etiam Prælatos esse volumus & intelligimus referendum, *text. in cap. unico De Clerico agrot. lib. 6.*

§. 3. *De Coadjutore inferiorum Clericorum.*

Aliis verò inferioribus Clericis Coadjutor adjungitur, ubi & hi morbo impediti, muneri suo superesse non possunt, ut in Rectore Ecclesiæ leprâ, & in Archidiacono paralyti laborantibus à SS. Pontificibus rescriptum est, *in cap. 3. & in cap. fin. Ext. De Clerico agrot. vide Panorm. latius add. cap. fin. Ext. De Clerico agrot. vide Panorm. latius add. cap. fin. Nec enim morbo implicitos moveri loco convenit, can. Pontifices v. 11. quasi 1. ne afflicti (quod dici solet) addatur afflictio, cap. Ex parte 3. Ext. De Clerico agrot. can. Cum percussio v. 11. quest. 1. l. Divus D. De offic. præsid.*

§. 4. *De Coadjutore cum futura successione.*

Nullus verò Coadjutor cujuscumque generis, cum futura successione dari potest, *Concil. Trid. sess. 23. cap. 7. de reformat. ne inducatur votum capiendæ mortis alienæ. contra juris utriusque regulas, in cap. 2. Ext. De concess. præb. in l. fin. Cod. De pact. præterquam si Ecclesiæ Cathedralis sive Monasterii urgens necessitas, aut evidens utilitas postulaverit, Prælato dari Coadjutorem; qui tamen non aliter cum futura successione dabitur, quam causa prius à Summo Pontifice diligenter cogi-*

cognitâ, & concurrentibus in illo qualitatibus, quæ à jure & decretis Concilii Tridentini, in Episcopo & Prælo requiruntur; alioqui concess-

io Coadjutoris surreptitia censetur, Concil. Trident. d. c. 7.

DE OFFICIO CAPITULI, SEDE VACANTE, ET DE ADMINISTRATORE  
ET OECONOMO.

TITULUS XXIV.

§. 1. Mortuo vel capto Episcopo succedit interea Capitulum.

Quia verò Episcopo ab hac luce substracto, non statim illi alius sufficitur; ideo nec mora hæc damnosa sit Ecclesiæ vacanti, constitutum est à SS. Canonibus, uti interea administratio tam spiritualium quàm temporalium rerum penes Capitulum sit ejusdem Ecclesiæ, cap. 3. De suppl. negl. pralat. in 6. ibi, ac si sedes per mortem, cap. Cum olim 14, Ext. De major. & obed. c. 1, d. tit. in 6. Idem obtinet, ubi Episcopus à Paganis vel Schismaticis captus & nondum Ecclesiæ suæ restitutus est: nisi hæc de re consultus S. Pontifex aliter censuerit, d. cap. 3. c. Is cui 42, De elect. in 6.

§. 2. In qua non succedat Capitulum.

Hinc tamen excipiuntur beneficia Ecclesiastica, quæ ad Episcopi collationem pertinent; nam hæc successori Episcopo reservantur, ab eodem conferenda, cap. 2. Ext. De sede vacante, cap. fin. in fine De suppl. negl. in 6. juncto cap. unico De sede vacante in 6. Item quæ sunt Ordinis Episcopalis, puta, ordinare Clericos, consecrare Ecclesias, & similia; quæ neque per Capitulum, sed per vicinos Episcopos expleri debent, c. Is cui 42. in fine De elect. in 6. Glof. ad d. c. 3. in V. spiritualibus, juncto can. 4. distinct. 68. Vide quoque de administratione suprà tradunt Panorm. & alii ad c. Cum olim Ext. De major. & obed. Cæterum an Capitulum Sede vacante dimissiones dare possit, alibi retulimus, in §. ubi tamē sup. Qui ordin. Ecclesiast. conferant.

§. 3. De administratore Ecclesiæ Cathedrali constituendo.

Porro, si Capitulum in hac administratione peccet aut negligenter se gesserit, tunc Archiepiscopo potestas sit, vocato ad se Capitulo, causæque cognitione adhibita, Visitatorem sive Administratorem vacanti præficere Ecclesiæ, cap. fin. juncto cap. 3. De suppl. negl. pral. Qui certe casus singularis est: cum alias Ecclesiæ Cathedrali

vacanti Visitator sive Administrator ab alio quàm Romano Pontifice constitui non possit, cap. fin. d. tit. in 6.

§. 4. De Oeconomo, Officiali seu Vicario, & Administratoribus, Sede vacante, ex Concilio Tridentino.

Cæterum Concilium Tridentinum hac in re ita censuit: Capitulum, inquit, Sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum unum vel plures fideles & diligentes debeat, qui rerum Ecclesiasticarum & proventuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. Item Officialem seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem injure Canonico sit Doctor vel Licentiatas, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus; si secus factum fuerit, ad Metropolitanum depuratio hujusmodi devolvatur & si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta, Oeconomum & Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus verò ad eandem Ecclesiam vacantem promotus, ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuscumque Officialibus, & Administratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in ejus locum constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, aut cujuscumque eorum muneris, possitque eos punire, qui in officio seu administratione deliquerint, etiam si prædicti Officiales, redditus rationibus, à Capitulo vel à depuratis ab eodem, absolutionem aut liberationem obtinuerint Eidemque quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis ad Ec-

eclesiam pertinentibus, si quæ ad Capitulum pervenerunt, rationem reddere, *Conc. Trident. sess. 24. cap. 16. de reform.*

§. 5. Sede vacante nihil innovandum.

Et cum Sede vacante nihil innovari Canones

jubeant, *Ext. Ne sede vacante &c.* subsequens est, neque judicium, & *in eod.* neque prescriptionem adversus Ecclesiam vacantem valere, *c. 4. c. 10 15 Ext. De prescript.* neque unitam Ecclesiam illi interim adimi posse, *c. 1 Ext. d. tit. Ne sede vacante.*

## DE REGULARIBUS ET MONACHIS.

## TITULUS XXV.

## §. 1. Qui Regulares?

**N**unc ad tertium genus personarum transiamus: has Regulares supra diximus, *De jure personarum*, eò quod certæ vivendi regulæ singulariter, id est, præter communem aliorum Christianorum morem adscriptæ sint. Sunt autem Monachi, Moniales, Canonici Regulares, Milites, Hospitalarii & Teutonici, Religiosi Societatis Jesu, aliique his similes, qui sub certa & probata à Sede Apostolica regula, ad tria vota, paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiæ, se obstrinxerunt, *c. in Ext. De relig. domib. juncto cap. unico eod. tit. in 6. c. Cum ad monast. 6. Ext. De statu monach.*

## §. 2. Monachi unde dicti.

Ac in primis Monachi & Moniales à solitudine claustris, cui se addixerunt, nomen sortiti sunt, *can. 1. & can. Placuit xvi. quæst. 1.* Monachus enim Græcè, Latine, singularis dicitur, *d. can.* non quod separatim extra aliorum fratrum consortium vivat (id enim Monacho à SS. Canonibus interdictum est, *c. 2. Ext. De statu monach. cap. penult. & ult. Ext. De capell. monach. cap. 1. §. ad hac De statu monach. in Clement.*) sed quod semotus à vita & moribus secularium, soli Deo, quasi mundo mortuus, vacare debeat, *cap. Qui verè, juncto d. can. Placuit xvi. quæst. 1.*

## §. 3. Monachi aut sunt oblatione parentum, aut propriâ professione.

Fiunt autem Monachi, aut parentum oblatione, aut propriâ professione, *can. Monachum xx. quæst. 1. cap. Cum virum 12. Ext. De regularib.* Oblatione parentum, puta, si pater vel mater filium filiamque impuberem intra septa Monasterii in disciplinam regularem tradat, *can. 2. d. qu. 1.* Quo tamen casu, filius vel filia adultior facta, id est, pubertatis annos ingressa, dissentire poterit, & ad secularem vitam redire, *can. Illud, juncto d. can.*

*Monachum xx. quæst. 1. cap. Significatum 11. cap. Cùm simus 14. & utrobique Panor. Ext. De regularib.* Neque enim Religionis monasticæ professio ante pubertatem emissa obligat, propter defectum judicii, *cap. 1. De regularib. lib. 6.*

## §. 4. Propriâ professio aut expressa, aut tacita.

Propriâ professione quis Monachus efficitur, vel expressè, vel tacitè. Expressè, si pubes Religionis nominatim se devoveat in manus Abbatis, vel alterius Superioris, aut factam antea professionem expressè ratam habeat, etiam habitum monasticum non assumendo. Non enim Monachum facit habitus, sed professio, *cap. Perfectionis 13 juncto cap. Ad Apostolicam 16. & cap. Ex parte 22. Ext. De regularib. cap. 1. eod. in 6.*

## §. 5. De anno probationis.

Neque impedit, quod professionem præcedere debeat annus probationis, *d. cap. Ad Apostolicam. Adde can. Gonzaldus xyii. quæst. 2. & jura ibid. in Glos. quibus interdum annus, interdum biennium, interdum triennium datur ad probandum, & idcirco arbitrium est. Panor. ad d. c. Ad Apostolicam.* Quia id obtinet, ubi nondum professio emissa est; at eâ emissa, nulla alia probatio exigitur: cum multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta valent, *d. cap. Ad Apostolicam, cap. Ad nostram 8. cap. Statuimus 23. De regularib.*

## §. 6. De anno probationis Mendicantium.

Planè in Ordinibus Mendicantium, videlicet Minorum, Dominicanorum, & similium, singulariter constitutum est, ne quis absque probationis anno ad professionem Ordinis admittatur. Quod si secus factum fuerit, non tantum admissus eorum Ordini non alligatur, verum etiam ipsi receptores suspensione ab aliorum receptio-

ne, aliaque graviori Ordinis sui pœnâ coercen-  
tur, *ut latius videre est in cap. 2 & 3 De regularib. lib. 6.*

§. 7. *Tacita professio.*

Tacita professio inducitur, quando quis non  
verbis, sed alio indicio mentem suam explicat  
Religionis à se tacite suscepisse; veluti si major  
quatuordecim annis Religionis habitum per an-  
num gesserit, ubi is novitiis & Professis communis  
& indistinctus est: at ubi distinctus est, sufficit  
Professorum habitum triduo gessisse, *cap. 1. cap. 3.*  
*ubi latius De regularib. lib. 6. c. 1. eod. in Clement. 6. Ad*  
*nostram 8. Ext. e. d.*

§. 8. *Correctio ex Concilio Tridentino.*

Verùm hodie ex præscripto Concilii Triden-  
tini hoc iure utimur, quòd professio cujuslibet  
Religionis fieri non possit antea expletum deci-  
mum sextum annum, & probationem annuam;  
nullamque antea facta obligationem inducat.  
Verba Concilii hæc sunt: In quacumque Reli-  
gione, tam virorum quam mulierum, professio  
non fiat ante decimum sextum annum expletum;  
nec qui minore tempore, quam per annum post  
susceptum habitum in probatione steterit, ad  
professionem admittatur. Professio autem antea  
facta sit nulla, nullamque inducat obligationem  
ad alicujus Regiæ vel Religionis vel Ordinis  
observationem, aut alios quoscumque effectus,  
*text. est in cap. 15. sess. 25. de regularib.* Nulla quoque  
renuntiatio aut obligatio antea facta, etiam cum  
juramento, vel in favorem cujuscumque causæ  
piæ, valeat; nisi cum licentia Episcopi sive ejus  
Vicarii fiat intra duos menses proximos ante  
professionem: ac non aliàs intelligatur effectum  
suum sortiri, nisi secutâ professione: aliter verò  
facta, etiam si cum hujus favoris expresse renun-  
tiatione, etiam jurata, sit irrita & nullus effe-  
ctus, *text. est in cap. 16. ejusd. sess. 25. de regularib. 9.*

§. 9. *Novæ Religio nec institui, nec suscipi debet.*

Sed & cautam est in Concilio Lugdunensi ge-  
nerali, ne quis novum Ordinem aut Religionem  
inveniat, vel habitum novæ Religionis assumat,  
sed quicumque ad Religionem converti volue-  
rit, unam de approbatis assumat. Similiter qui  
voluerit religiosam domum de novo fundare,  
Regulam & institutionem accipiat de approba-  
tis, *cap. fin. Ext. De religios. domib. juncto c. unico eod. in 6.*

§. 10. *De Monacho diversorum Monasteriorum.*

Quin additum est in eodem Lugdunensi Con-

cilio, ne quis in diversis Monasteriis locum Mo-  
nachi habere præsumat, nec unus Abbas pluribus  
Monasteriis præsideat, *d. c. fin. in fine.* Idem in Præ-  
fectis Monialium statutum est à Concilio Trid.  
*Sess. 25. cap. 7. de regularib.*

§. 11. *De migratione Monachi ad aliud Monaste-  
rium, & de bonis Monachorum.*

Ad hæc interdictum est Monacho, privatâ au-  
toritate commigrare ab uno Monasterio ad al-  
liud, aut aliquid proprii sibi usurpare, *cap. Joannes*  
*Ext. 5. De regularib. c. Cum ad monasterium 6. Ext. De*  
*statu monach. can. Non ducatis. x. 1. qu. 1. Conc. Trid. sess.*  
*25. cap. 1. c. 3. & cap. 19. in fine de Regularib. & sess. 14.*  
*cap. 11. de reform. cum utrumque professio sui*  
*adversetur, d. c. Cum ad Monasterium.* Licet aliqui  
ipsi permittuntur sit ad arctiorem Religionem tran-  
sire; petitiâ tamen à Prælato suo licentiâ, quam-  
vis non obtentiâ, *cap. Licet 18. Ext. De regularib.* Ex-  
ceptis Religiosis Ordinum Mendicantium, quibus  
omnis ad alium Ordinem (præterquam Car-  
thusienum) transitus interclusus est, absque spe-  
ciali gratia Sedis Apostolicæ, *c. 1. De regularib. in*  
*Extravag. commun.*

§. 12. *Abdicatio proprietatis quæ sit propria  
Religiosa.*

Proprietatis verò abdicatio ita Religiosa  
propria est, ut ne quidem S. Pontifex hujus gra-  
tiam facere possit, *d. cap. Cum ad monasterium*, adeo-  
que juberetur Religiosus, qui proprium possedisse  
sub mortem deprehensus est, extra Monasterium,  
unâ cum eo quod possedit, in sterquilino huma-  
ri; exemplo Gregorii, *d. cap. Cum ad monasterium.*  
Ut hinc prudenter statutum sit ab Innocentio  
III. ut, si quid Monacho specialiter destinetur  
ab alio, id non ipse recipiat, sed Abbati, vel Prio-  
ri, vel Cellario Monasterii consignetur, *in sapi. d.*  
*cap. Cum ad monast. vers. unde quicquam alicui.* Expli-  
catus verò Concilium Tridentinum: Neminus  
inquit, Regularium, tam virorum quam mulie-  
rum, liceat bona immobilia vel mobilia, cujus-  
cumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo  
ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam no-  
mine Conventus possidere vel tenere; sed statim  
ea superiori tradantur, Conventuique incorpo-  
rentur. Neo deinceps liceat Superioribus bona  
stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad u-  
sum constructum vel ulum, administrationem aut  
commendam. Administratio autem bonorum  
Monasteriorum seu Conventuum, ad solos Offi-  
ciales

ciales eorumdem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat. Mobilium verò usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statim paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quòd sit necessarium eis, denegetur. Quòd si quis aliter quidquam tenere deprehensus aut convictus fuerit, is biennio activa & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ Regulæ & Ordinis constitutiones puniatur, *text. est Concil. Trident. in c. 2. sess. 25. de regularib.*

De bonis in communi possidendis à Monasterio, ejusdem Concilii Tridentini hoc decretum extat.

Concedit sancta Synodus omnibus Monasteriis & domibus, tam virorum quam mulierum & mendicantium; exceptis domibus fratrum sancti Francisci Capucinorum, & eorum, qui Minorum de observantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat, *d. Sess. 25. de regularib. c. 3.*

§. 13. De Monialium egressu, & de externorum ingressu in Monasterium.

Porro illud prætereundum non est, nemini Sanctimonialium licere potest professionem exire à Monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata; indultis quibuscumque & privilegiis non obstantibus, *Conc. Trid. Sess. 25. c. 5. de regularib. adde c. unico. De statu regularium in 6.* Sed nec ingredi inter septa Monasterii alicui licet, cujuscumque sit generis, vel conditionis, sexus, vel ætatis, sine Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, *d. Sess. 25. c. 5. §. nonni;* ut hinc Moniales ad suscipiendum in se iudicium, vel ad dicendum testimonium foris, à iudice evocari non possint, *d. c. unico §. porro, c. 2. De iud. lib. 6.*

§. 14. Casus quo Monialis licite egreditur Monasterium.

Ubi tamen Monasterium feudum recognoscit à Principe, seu domino temporali, & homagium sive fidelitatis sacramentum per Abbatissam aut

Priorissam præstandum sit; hæc quidem specie licebit ipsis (nisi obtinere possint à domino, ut id per procuratorem fiat) honesto & decente comitatu exire Monasterium; ut tamen homagio sive fidelitatis juramento præstito, è vestigio ad Monasterium revertantur, *d. c. unico §. verum.*

§. 15. De Beguinis.

De Beguinis, quæ hoc nomine vulgò appellantur, disputare hic non attinet, cum Monialium numero non censentur, utpotè obedientiæ vel paupertatis voto minimè adstrictæ, atque aded nulli Regulæ à Sede Apostolica approbatæ. Has quidem Clemens V. quòd aliter de mysteriis fidei nostræ sentirent, unâ quasi clausulâ abrogaverat, *c. 1. De relig. domibus in Clem. junge cap. 3. De hered. in Clem.* Verum postea Joannes XXII. eas, quæ culpâ carent, nec suspectæ sunt, declaravit eadem Clementis constitutione non contineri; ac proinde nullo incommodo afficiendas esse, *cap. unico De religiosis domib. in Extravag. commun. Hæc de Monachis, Monialibus & Beguinis, quæ latius persequere indicatis locis, præcipue in Concilio Trident.*

§. 16. De Canonicis Regularibus.

Canonici verò Regulares, tametsi tria substantialia probata Religionis vota instar aliorum Monachorum profiteantur, in hoc tamen à Monachis distant, quòd Ecclesiæ parochiali præfici possunt, Monachi non item, *c. Quod Dei §. juncto c. 2. Ext. De statu monach. adhibito tamen temperamento Concilii Tridentini, quòd hodie Canonici Regulares prohibeantur promoveri ad curata beneficia sæcularia, Sess. 14. cap. 11. de reformat.*

§. 17. De Religiosis militibus, & Societatis IESU.

Milites Hospitalarii (qui hodie Melitenses sunt) & Teutonici, de quorum origine vide Chassan. in Catalogo gloria mundi p. 9. consil. 4. cum seqq. item Religiosi Societatis IESU, de quib. vide Concil. Trid. Sess. 25. cap. 16. De regularib. licet hi omnes iidem, quibus Monachi, votis obstricti sint; tamen in plurimis quoad vivendi modum à cæteris Religiosis disident, ut testantur eorum Regulæ à Sede Apostolica approbatæ, *ut videre est apud alios.*

## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

## TITULUS XVIII.

## §. 1. Clerici unde, &amp; cur sic dicti.

**P**ostremò hinc subjiciendum est de vita & honestate Clericorum: quam vel ipsa nominis notio indicat. Κληρος enim Græcè (unde Clerici) Latine fors dicitur, eò quòd de sorte sunt Domini, vel quia Dominus fors, id est, pars illorum est, *can. Clericus xii. quest. 1.* sicut & supra meminimus, *De iure personarum §. 1.*

## §. 2. Clericorum vita ac mores in genere.

Quapropter sic decet omninò Clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum præ se ferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis adferant venerationem, *Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. de reformat.* Nam & huc spectat illud Innocentii II. in Concilio Lateranensi: Præcipimus inquit, ut tam Episcopi quam Clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, scissura aut colore vestrum, nec in tonsura, intuentium (quorum forma & exemplum esse debent) offendant aspectum; sed potius, quòd eorum deceat sanctitatem, præseferant. Quòd si moniti ab Episcopis se emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficiis, *text. est in can. fin. xxi. quest. 4.*

## §. 3. De habitu Clericorum in specie.

Quare & speciatim Clericis interdicitur, ne pannis rubeis aut viridibus, aut habitu brevior aut longiore utantur, sed qui convenit eorum ordini, nullo alio admixto, *cap. penult. Ext. h. tit. cap. 2. eod. in 6.* Omne quippe, quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum Magnus ait Basilius, *citatus in can. 1. circa fin. xxi. quest. 1.*

## §. 4. De moribus Clericorum in specie.

Item ne comam aut barbam nutriant, sed gerant coronam & tonsuram congruentem, *cap. 4. §. 7. & c. penult. Ext. h. tit.* Similiter abstineant ab ar-  
mis, ab officiis & commerciis civilibus; à mimis,

joculatoribus, histrionibus; à lusu alearum & tabillarum; à dèò ut ne quidem his, ludentibus aliis, interesse possint; item à tabernis, annulorum gestatione, nisi quibus ex officio dignitatis annulos deferre licet, *cap. 2. & penult. Ext. eod. Concil. Trident. sess. 4. c. 6. de reformat.* item à venationibus & lylvaticis evagationibus, *totot. Ext. De Clerico venat.* ab usu Chirurgiæ, quæ adulationem vel incisionem infert: nec non à iudicio sanguinis, atque ad eò loco supplicii, quòd publicè exercetur, *cap. penult. & c. Clericus §. Ext. Ne Clerici vel monachi.*

## §. 5. Clerici à suspecta muliere abstinere debent, sub penis hinc expressis.

Illud gravissimè interdicitur Clericis, ne cum muliere incontinentiæ suspecta conversationem ineant; alioqui excommunicandi si contumaces sint, *cap. 2. Ext. Decohabit. Clericor. & mulier.* Multò verò minùs, ut suspectam domi soveant, etiam si ea mater sit, amita aut soror. Quia instigante diabolo, inquit Concilium Moguntinense, & in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earumdem, *cap. 1. eod.* Atque hi licet per suspensionem à beneficiis & officio Ecclesiastico, item per depositionem & excommunicationem constringi possint, ut concubinam sive fornicariam domo eiciant; non tamen eam abjurare cogendi sunt, propter metum perjurii, *cap. 2. §. 4. §. 5. & cap. 6. eod.*

## §. 6. Decretum Concilii Tridentini in Clericos incontinentes.

Quam rem & Concilium Tridentinum accuratius persequens, hæc, quæ sequuntur, constituit: Quam turpe, inquit, ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitæ sordibus immundoque concubinato versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque Clericali militiæ dedecore testatur. Ut igitur ad eam, quam decet continentiam ac vitæ integritatem Ministri Ecclesiæ revocentur, populusque hinc eos magis discat revereri, quòd illos vitæ honestiores cognoverit; prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas aut alias mulieres,

lires, de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra, detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant; alioquin pœnis à sacris Canonibus vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Quod si à Superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint, tertiâ parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque & pensionum ipso facto sint privati; quæ fabrica Ecclesiæ aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadem vel alia scœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum beneficiorum & pensiones eo ipso amittant, quæ prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficio ipsorum administratione quoad Ordinarium, etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspendatur; & si ita suspensio nihilominus eas non appellat, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus ac officiis & pensionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis in posterum reddantur; donec post manifestam vitæ emendationem, ab eorum Superioribus cum iis ex causâ visum fuerit dispensandum. Sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium reperere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adungere ausu fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur; nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediatur aut suspendat: supradictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec ad Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat, qui sine strepitu & figura iudicii, & solâ facti veritate inspectâ, procedere possint.

Clerici verò beneficia Ecclesiastica aut pensiones non habentes, juxta delicti & contumaciæ perseverantiam & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœnâ, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis juxta sacros Canones puniantur. Episcopi quoque, quod absit, si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo Provinciali admoniti se non emendaverint, ipso facto sint suspensi; & si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pon-

tificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat, *text. est Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de reformat.*

§. 7. Clericus concubinarium sive fornicator an in officio vitandus?

His affinis quæstio incidit, An Clerici concubinarij: sive fornicatoris officium audiendum sit, nondum peracta ab eo pœnitentiâ? Et responsum est à Gregorio IX. quod cum hic quoad tantum suspensus sit, non verò quoad alios, in officio nequaquam vitari debeat: nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu per confessionem factam in iure, aut per evidentiam rei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit, *c. fin. Ext. De cobab. cleric. can. 5. & 6. dist. 32. vide Navar. in Manuali c. 25. num. 77.*

§. 8. Quibus Clericis non est permittum audire Leges & Medicinam.

Ad extremum, cum ab Alexandro III. interdictum esset Religiosis, ne post votum & professionem emissam, ad audiendas Leges seculares aut Physicam, Monasterium egredi possint, constituta inter alia excommunicationis pœna in transgressores, *c. 3. juncto cap. fin. Ext. Ne clerici vel monachi. Per Physicam intellige medicinam. Navar. in Manuali cap. 27. num. 116.* idem postea traductum fuit ab Honorio III. ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores & alios Clericos personatus habentes; item ad Presbyteros, *cap. fin. Extravag. d. tit. adhibita tamen moderatione Bonifacii VIII. qua Plebani nondum Sacerdotii Ordine insigniti, neque Capellas sub se habentes, in quibus Clerici perperci instituantur, hac interdictione Honoriana liberantur, ut videre est in cap. 1. eod. tit. Ne Clerici, vide latius Dal. ad d. cap. fin.*

NOTATIO in Tit. ult. Lib. I.

a De coma aliter consuetudine receptum est in Germania. Barba utuntur Itali, vel ex consuetudine, vel ex permissione S. Pontificis, ita ut hac in re consuetudo valeat, *c. fin. Ext. De consuet.*

FINIS LIBRI I.

LIII, SUM-